


GE-F 76



D6CL

G-E

A

Tat. 139511 CB M74607





A C T A
Capituli Provincialis intermedii
PROVINCIÆ HISPANIÆ,
ORDINIS PRÆDICATORUM,
CELEBRATI
IN CONVENTU S. P. N. DOMINICI
Benaventano , die 6. Maii , anni
Domini 1770.

SUB R. Adm. P. N. Fr. JOANNE FLORES,
Mag. & Priori Provinciali ejusdem Provinciæ.



MATRITI. M. DCC. LXXI.

Apud Joachim Ibarra , S. C. M. Typographum,

Superiorum Permissu.

ACTA
Capituli Provincialis metropolitani
PROVINCIE HISPANIE
ORDINIS PREDICTORUM
CELEBRATAE
IN CONVENTU S.P. N. DOMINI
Benedictino, die 6. Mii anni
Domini 1440.

SUB R. V. P. M. T. JOANNI MOLLI
M. G. Priori Provinciali fratrum Predicatorum




MARTII. MDCC. LXXX

Audi fonsqueum Petri, & C. M. Tabularium
Subsidium Petri.



R. 106160



HÆC SUNT ACTA CAPITULI

Provincialis intermedii Provinciæ Hispaniæ, Ordinis Prædicatorum, celebrati in Conventu S. P. N. Dominici Benaventano die 6. Maii anni Domini millesimi, septingentesimi septuagesimi sub R. Adm. P. N. Fr. Joanne Flores, Mag. & Priore Provinciali ejusdem Provinciæ; diffinientibus RR. Adm. PP. NN. Fr. Michaële Francia, Mag. & Priore Conventus S. P. N. Dominici Benaventani; Fr. Emmanuele Moreno, Mag. & Collegii Vallis-Oletani D. Gregorii Rectore; Fr. Petro Ponce, Mag.; & Fr. Melchiore Ramos, Mag.

DENUNCIATIONES.

DEnunciamus primo in hoc nostro Capit. lectum fuisse Sanctæ Inquisitionis Decretum: Declaramusque, sat esse, toties legi in Capitulo, vel Refectorio, quoties Acta, & Ordinationes leguntur juxta privilegium nobis à Supremo Sanctæ Inquisitionis Tribunalí concessum. Mandamus præterea toties legi novissimam Constitutionem SS. D. N. Benedicti Papæ XIV. incipientem: *Sacramentum Pœnitentiae*, simulque aliam ejusdem SS. hujus declaratoriam, quæ incipit: *Apostolici munera.*

Secundo denunciamus , ac in memoriam revocamus Confirmationem septimam novissimi Capit. Gener. in qua Confirmatio secunda pro bono regime postremi Capit. Bonon. sequentibus verbis transcribitur : "Cum „radicitus nondum convulsus sit exitiosus , atque dampnabilis ad extraneas personas fratrum recursus , pro „gratiis Ordinis à Superioribus non tam obtinendis , „quam extorquendis ; in memoriam revocamus quæ in „pluribus Capit. Gener. adversus hujusmodi recurren- „tes sancita sunt , latas in illos poenas , Censuras , atque „maledictiones innovantes , & his Actis tanquam ex- „presse inserta volentes , quæ in Capit. Gener. Bononiae „celebrato 1725. graviter in hac re , copioseque statu- „ta sunt :" Quas omnes poenas extendit prædictum Capit. contra diffamatores fratrum apud Sæculares. Easdemque poenas extendimus ad quoscumque fratres , cuicunque litteras criminosas sine proprii nominis subscriptio- ne temere scribentes ; animadvertisentes , & admonentes , quoscumque Prælatos , ut meminerint , ipsis ibidem sub præcepto formalí impositam esse necessitatem , gravissime puniendi , & excommunicatos declarandi , quos hu- jusmodi destructores Ordinis repererint.

Tertio denunciamus in novissimo Cap. Gener. declarat. 2. iteratam fuisse Ordinationem 4. Capituli Romæ celebrati , scilicet : ut studentes quandiu Scholis addicti fuerint , vocem activam in electionibus non habeant , nec ad illas in quocumque Conventu , aut Collegio admitti possint ; non solum de studentibus , qui formales vocari , sed etiam de his , qui materiales appellari consueverunt , necnon de omni electione Canonica , in posterum intelligi debere. Cui declarationi R. P. N. Gener. in sua Epistola confirmatoria Actorum Capituli intermedii , celebrati anno 1763. num. 2. hæc superaddit : " Nos ipsi officii nostri auctoritate declaramus , „studentes , quandiu addicti fuerint scholis , activa in „Electio- nibus voce carere , etiam si forte alias ad au-

„dien-

„diendas Confessiones fuerint expositi.”

Quarto denunciamus privatos esse voce activa in Electionibus illos, qui absolute studentatu intra spatium sex mensium non fuerint prævio examine approbati, semel vero approbatos, gaudere voce prædicta, quoadusque absolute triennio, novo se sistant examini. Mensis tamen spatium ipsis à Capitulo Gener. Bonon. 1725. concedi, animadvertisit in prælaudata Epistola Reverendissimus P. N. Mag. Gener. verbis sequentibus: “Reminiscantur fratres mensis spatio post absolutum triennium manere unicuique legitime examinato, & approbato jus activæ, & passivæ vocis, simulque facultatem Confessiones audiendi, si ad eas audiendas fuerit expositus; elapso autem mense, jus, & facultatem amitti ipso facto, neque recuperari, nisi per novum examen, & legitimam approbationem.” Examen autem, & approbatio fieri debet, prout præscribitur à N. Reverendissimo P. Mag. Gener. in eadem laudata Epist. à num. 4. & sequentibus.

Quinto denunciamus legem latam à Reverendissimo P. N. Mag. Gener. Fr. Thoma Ripoll, scilicet: “Ordinamus, & præcipimus in virtute Spiritus Sancti, Sanctæ obedientiæ, sub Præcepto formali, & poena nullitatis acceptationis cujuscumque gradus, ut nullus in posterum admittatur gradus in Provincia, nisi eorum Lectorum, qui saltem per decem annos Scholasticam Theologiam legerint: quorum ad minus quatuor complete, & perfecte lecti sint in aliquo Studio gener. graviorum Conventuum, qui pro hacce vestra Provincia per Capitula Gener. in Universitates errecti sunt. Similiter sub eodem præcepto formali mandamus, ut nullus ad sacram Theologiam legendam de signetur, qui cursum Philosophiae perfecte, & complete non legerit, & ad minus per tres annos Magistrorum Studentium munus non expleverit; irritum, & inane declarantes, quidquid scienter, vel ignoranter fuerit

” at-

6 *Acta Capituli Provincialis*

„attentatum. Pariter dicimus de Prædicatoribus , qui
„saltem per sexdecim annos verbum Dei non prædica-
„verint , quod non possint ad suos respective gradus
„promoveri sub pœna nullitatis promotionis ad gradum,
„ad quem promoti , seu acceptati fuerint.”

Sextò denunciamus id quod in Capitulo Gener. pro-
ximo præterito pro Provincia Hispaniæ ordinatione 3.
statutum est, scilicet : Quod nec eligi , nec confirmari
possint in Piores , non solum in Conventibus , in qui-
bus studia vigent , sed nec in illis , qui in urbibus re-
periuntur , ubi sunt Episcopi , aut Tribunal jurisdictio-
nis , aut Sanctæ Inquisitionis Tribunal , nisi illi , qui gra-
du Præsentaturæ , vel Magisterii ornati jam sint aut per
tempus à legibus diffinitum Theologiam cum laude do-
cuerint.

Septimo denunciamus legem latam à Capitulo Ge-
ner. Bononiensi 1748. ordinatione 1. qua præscribitur,
ne admittantur ad vocem activam in Capitulis Provin-
cialibus Piores , qui litteris testimonialibus à fratribus
sui respective Conventus subscriptis , non docuerint hu-
jusmodi exercitia (nempe spiritualia) semel in anno ri-
te ab ipsis peracta fuisse.

Octavo denique denunciamus in hoc nostro Capit.
electum fuisse , conformiter ad concordiam statutam in
Capitulo Provinc. anni 1735. in Diffinitorum Capituli
Generalis proxime futuri R. A. P. Fr. Joannem Perez,
Mag. hujusque Provinciae Hispaniæ Ex-Provincialem:
& in eodem Capit. electum fuisse in ejus Socium R. P.
Fr. Michaëlem Alonso Præsent. & in Collegio D. Gre-
gorii Vallis-Oletano Regentem; quatenus opus sit ; sive
Capitulum Generale sit Provincialium , sive Diffinito-
rum. Si vero contigerit Capitulum Gener. esse tantum
Provincialium , denunciamus in hoc nostro Diffinitorio
electum fuisse in Socium R. Adm. P. N. Provincialis
eundem R. P. Præsent. Fr. Michaëlem Alonso.

Accep-

Acceptationes Titulo Lectionis.

INhærentes ordinationibus , ac Decretis , tum à Capitulis Generalibus , tum à Reverendissimo P. N. Mag. Generali super Graduum acceptatione latis , ac præ oculis habentes uniuscujusque exercitia , quæ nobis exhibita fuerunt à RR. PP. Revisoribus Fr. Joseph Rosel Præsent. & Priore Conventus Sancti Dominici Legionens. & Fr. Joanne Rosel Ex-Leet. Theologiæ , & Reg. Conventus S. Petri Mart. Toletani Priore.

Ob obitum R. A. P. Mag. Fr. Joannis Cadenas , ex Conventu Vallis-Olet. acceptamus Magisterium Reverendissimi P. Fr. Joannis Sanchez , ex eod. Vallis-Olet. Conv. Suprem. Inquisitionis Hispaniæ Inquisitoris ; (quod fuit datum Romæ , nobis tamen non constat quo die) qui postquam integre legit Cursum Artium in suo Conv. in eodem exercuit per quatuor annos officium Mag. Studentium ; unde assumptus fuit ad legendam Theologiam ; in cuius lectione perduravit decem annis : septem , & plus in Conv. S. Ildephonsi Reg. Taurensi ; postea promotus fuit ad illam legendam in Conv. Palentino , in quo persistit illam legens usque ad completionem decennii. Ætatis est 59. ann. prof. 43.

Ob obitum Reverendissimi P. Fr. Eugenii de Basualdo , Mag. & in Supremo Tribunal Inquisitoris , ex Conv. S. Thomæ Matri. acceptamus Magisterium , datum Romæ 21. Septemb. 1757. R. P. Fr. Bernardi Manteca , Mag. ex Conv. S. Ildephonsi , Reg. Taurensi , qui semel in Conventu de Piedrahita , & iterum in Collegio D. Gregorii Vallis-Olet. legit Artium Cursum ; & in eod. Collegio per septem ann. exercuit officium Mag. Student. ; & per undecim docuit Sac. Theologiam : tribus ann. in Conv. Reg. de Nieve ; duobus in Segov. & reliquis sex in suo Taur. Ætatis est 64. profess. 47.

Ob obitum R. A. P. Fr. Laurentii Pascual , Mag. ex Conv. Zamor. acceptamus Magisterium R. P. Fr. Ildephon-

phonsi Redondo, Mag. ex Conv. Segov.; qui integrè legit semel, & iterum in suo Conv. Cursum Artium: in quo exercuit officium Mag. Student. duobus ann. cum dimidio, posteaquam per æquale tempus jam idem officium exercuerat in Conv. Victoriensi. Postea legit Sac. Theologiam plusquam per decem ann. Per dimidium in Conv. de Carboneras; per unum supra dimidium in Conv. Conchensi; & per octo supra dimidium in suo Segov. Litteræ Patentes Magisterii Romæ datæ fuerunt 2. Julii 1767. Ætatis est 63. prof. 46.

Ob obitum R. A. P. Fr. Thomæ Bellorado, Mag. ex Conv. S. Thomæ Matrit.; acceptamus Magisterium R. P. Fr. Joann. Lopez, Mag. ex Conv. S. Dominici Compostellano, dat. Romæ die 3. Septemb. ann. 1755.; qui post lectum triennio integrum Philosophiæ Cursum in suo Compostellano Conv. postque obitum quinque annis Magist. Student. munus in Conventibus de Nieva, & prædicto Compostellano; in eisdem Lect. Theologiæ officio funetus est viginti ann. uno videlicet in Reg. de Nieva, & reliquis in suo Compostell. ubi tandiu Cathedram etiam in Universit. rexit, & regit. Ætatis est 61. ann. prof. 45.

Ob obitum R. A. P. Fr. Joseph Duque, Mag. ex Conventu Pampilonensi; acceptamus Magisterium R. P. Mag. Fr. Caroli Matheu ex Conv. Toletano, dat. in Conv. Talabicensi die 23. Maii 1762.; qui completo triennio Lectionis Philosoph. Cursu: in Conventu Burg. primo anno, & in Tolet. secundo, & tertio; Magist. Student. munus exercuit duabus annis in Conv. S. Mariæ à Jesu de Tabara; tribus & ultra in Conchensi: & supra decem annos Lect. Theologiæ munus obivit: dimidio nempe in Conv. de Carboneras, & supra novem cum dimidio altero in Toletano. Ætatis est 61. ann. prof. 44.

Et quamvis relati in postremis duabus acceptationibus aliis præferantur: nempe R. P. Magist. Fr. Joannes

Lo-

Lopez R. P. Magistro Fr. Gabrieli Bernardo de Quiros, ætate majori, sed professione minori; & R. P. Mag. Fr. Emmanueli Artiaga, ætate, & professione æquali: & similiter præponatur R. P. Mag. Fr. Carolus Matheu inferior ætate, non professione prædicto Mag. Bernardo de Quiros, & Mag. Fr. Emmanueli Artiaga, ætate quidem æquali, sed professione superiori; hoc factum est, quia amborum relatorum merita majora nobis, & præstantiora visa sunt.

Ob obitum R. P. Fr. Joseph de San Martin Magistri ex Conv. Salmantino; acceptamus Præsent. R. P. Fr. Josephi Rosel ex eod. Conv. dat. Romæ die 2. Julii anni 1767.; qui post lectum integrè, & completè Philosoph. Cursum in Conv. Victoriensi; post expensos in Magistri Student. munere tres annos; unum cum dimidio in Talabrigensi; aliud in Conv. de Piedrahita, & dimidium reliquum in Toletano, Theologiam per decem annos completos, & ultra, docuit; in Conv. de Santillana per unum cum dimidio, & per æquale tempus in Legionensi, & reliquum temporis in Salmantino: ubi simul per tres annos vices gessit Moderatoris Cathedræ Primariæ in Universit. propter infirmitatem proprietarii. Ætatis est 50. ann. profession. 34. = Et licet isto ætate, & professione antiquior sit R. P. Fr. Dominicus Regalado, Ex-Lector Theologiæ, & Missionarius; quia tamen testimonia hujus nobis exhibita non satis probant eum munus Missionarii peregisse secundum Leges Missionariis præscriptas, relatum illum isti præponimus; quo dempto, nullus est antiquior ex Conv. Salmant.

Ob obitum R. P. Mag. Fr. Thomæ Clemente Arostegui, ex Conv. Conchensi: seu ob obitum R. P. Fr. Joannis Arias ex Conv. Talabrigensi; acceptamus Præsenturam R. P. Fr. Lucae Vara, ex Conv. Segoviensi, datam Romæ die 2. Julii ann. 1767. qui Cursum Artium bis complevit in suo Conv. Segoviensi: Magistri Stu-

dentium munus ultra quatuor annos peregit in Pampilonensi, & Theologiam docuit supra undecim annos: quatuor in Tabarensi, & in suo Segoviensi reliquos. Ætatis est 53. ann. prof. 35.

Ob obitum R. P. Mag. Fr. Francisci Gil ex Conv. Castri-Julii, acceptamus Præsentaturam dat. Romæ die 2. Julii 1767. R. P. Fr. Didaci Baeza, qui, Lectionis Artium Cursu completo in Collegio D. Gregorii Vallis-Oletano; atque in eodem Magistri Student. munere fere per septem annos pœcta; Scholasticam Theologiam docuit triennio in Conventu Legionensi, & ultra septennium Cathedram Sapientissimi Mag. Cano moderatus est in Compostellano. Ætatis est 52. ann. prof. 36.

Et ob acceptationem Magisterii R. P. Fr. Bernardi Manteca, ex Conventu Taurensi; acceptamus Præsentaturam R. P. Fr. Josephi Prieto, ex Zamorensi, datam Romæ die 7. Januarii 1767. qui in Collegio D. Gregorii Vallis-Oletano Cursum Philosophicum legendendo complevit; Magistrique Stud. officium quatuor annis ibidem exercuit; ac deinde Lectoris Theologiae munus obivit integro decennio: In Conventu Legionensi biennio, & amplius; quadriennio in Pampilonen.; & in suo Zamorensi ad usque completionem decennii. Ætatis est 54. prof. 38. cum dimidio.

Ob acceptationem Magisterii R. P. Mag. Fr. Ildephonsi Redondo, ex Conventu Segoviensi; acceptamus Præsentaturam R. P. Fr. Ildephonsi Crespo, ex Conventu Victoriensi; datam Romæ die 21. Septemb. ann. 1757. qui, Cursu Lectoris Artium in suo Victoriensi Conventu expleto; Magistri Student. munus exercuit annis fere quinque; tribus in Legionensi, & duobus incompletis in Taurensi: Lectionemque Theologicam peregit decem annis: tribus integris in Conventu de Piedrahita, & in suo Victoriensi completis septem. Ætatis est 54. ann. prof. 37.

Et hos quatuor relatos, sicut & duos statim nomi-

nan-

nandos , videlicet R. P. Fr. Emmanuelem Varona , & R. P. Fr. Franciscum Bravo præferimus R. P. Fr. Joanni Almanza , Præsentato , ætate , & professione majori ; eo quod in ejus exercitiis officium Magistri Studentium non constat exercuisse , immo non exercuisse constat : quamvis enim nobis Litteras patentes exhibuerit , quibus anni Lectionis Mag. Gonet aliquandiu ab ipso exercitæ pro legitimæ Lectionis Theologicæ cursibus ipsi computantur ; de dispensatione in officio Mag. Studentium nec ex illis litteris , vel aliis aliquid constat .

EXPOSITIONES.

Exponimus ad legendas sententias pro forma , & gradu Magisterii exclusive : Ob acceptationem Magisterii Reverendissimi P. Fr. Joannis Sanchez , Mag. & Supremæ Inquisitionis Inquisitoris , ex Conv. Vallis-Oletano , R. P. Fr. Josephum Garcia , Ex-Lect. Theologiae ex eod. Conventu , pro quo etiam Præsentaturam postulamus : qui cursum Lectionis Artium complevit , & insuper alterum in eadem Lectione annum in Collegio D. Gregorii Vallis-Oletano Magistri Stud. munus obivit tribus annis in Conventu de Rioseco , unoque cum dimidio in Vallis-Olet. Lectionis autem Theologicae decennium sic explevit , complevitque. In Conventu Victoriensi Theologiam legit uno cum dimidio anno ; in Vallis-Oletano octo annis , quibus superaddi libenter admittimus unum , & dimidium Magistri Studentium peractum in Vallis-Oletano , propter expressum privilegium Magistris Studentium ibi pro tempore degentibus concessum à Nostris Reverendissimis , & à vestra Reverendissima Paternitate confirmatum , vel declaratum ut tales anni computentur pro legitimis cursibus Theologiae quoad graduum acceptationem. Ætatis est 46. ann. prof. 28.

Ob acceptationem Magisterii R. P. Mag. Fr. Antonii

Machado ex Conv. Vallis-Oletano , exponimus ad legendas sententias pro forma , & gradu Magisterii exclusive R. P. Ex-Lectorem Theologiae Fr. Dominicum Crespo ex eodem Conventu , pro quo etiam Præsentaturam postulamus ; qui cursum Philosophicum bis complevit in Conventibus Legion. & Palentino , Magistri Studentium munere potitus est ; duobus annis in Conventu de Piedrahita , & in Segoviensi aliis duobus. Lectoris Theologiae officium egit ; in Conventu de Carboneras per duos annos ; per unum in Victoriensi , in quo etiam Cathedram Sapientissimi Mag. Cano moderatus est per quinque annos ; & eandem rexit usque ad completum decennium in Palentino. Ætatis est 50. prof. 33.

Ob acceptationem Magisterii R. P. Mag. Fr. Joannis Lopez ex Conv. Compostellano ; exponimus ad legendas sententias pro forma , & gradu Magisterii exclusive R. P. Fr. Emmanuelem Varona Ex-Lect. Theologiae , ex Conv. Segoviensi , pro quo etiam Præsentaturam postulamus : qui , completo Lectoris Artium cursu in suo Reg. Conv. Segoviensi ; in Ovetensi munus Magistri Stud. nono post duos annos mense agebat , dum anno 1751. à Reverendissimo dispensatus fuit , ut ad Lectorem Theologiae promoveri posset : & promotus illam integro deccennio legit in suo Segov. Conventu. Ætatis est 58. prof. 37.

Et tandem ob acceptationem Magisterii R. P. Mag. Fr. Caroli Matheu ex Conv. Reg. Toletano ; exponimus ad legendas sententias pro forma , & gradu Magisterii exclusive R. P. Fr. Franciscum Bravo ex Conv. Reg. Abulensi , in quo actualiter est Theologiae Lector ; pro quo etiam Præsentaturam postulamus : qui , munere Lectoris Artium functus per tres annos in suo dicto Conventu , Magister Studentium institutus in eo perduravit quatuor annis , & quinque mensibus ; duobus primis in Conv. Talabrigensi , & reliquis duabus & quinque mensibus in suo Abulensi. Unde in Lectorem Theologiae

giæ assumptus munus hoc exercuit fere undecim annis: tribus nempe in Conv. Lucensi; in Toletano septem cum quinque mensibus; & quatuor mensibus aliis in suo Reg. Abulensi. Ætatis est 51. ann. & 5. mens. & prof. 31. & 7. mens. Et hunc sane præponimus; primo, Reverendo P. Fr. Joanni Almanza Præsentato propter rationem superius dictam: RR. etiam PP. Præsentatis Fr. Vincentio Castro ætate, & professione majori; Fr. Michaeli Molina; Fr. Michaeli Gil Gutierrez; & Fr. Francisco Zerdeira, professione antiquioribus, sed minoribus natu; quia istius exercitia ampliora nobis, & graviora visa sunt. Atque eo etiam ipso præferendum judicamus laudatum R. P. Fr. Franciscum Bravo Reverendo P. Fr. Petro Lopez Magistro; quia nempe illius exercitia in Magistri Studentium, & Lectoris Theologiae officio non solum completa, sed longiora, & in gravioribus Conventibus cum laude peracta fuisse nobis constat: & præsertim, quia R. P. Fr. Petrus Lopez Magister, officium Magistri Studentium per duos tantum annos, & octo menses cum dimidio exercuisse constat ex exercitiis ejus, nulla ratione in eis habita dispensationis temporis deficientis triennio à lege præscripto. Sed quoniam non aliud sincere intendimus, & opere complere vehementer optamus in hac præmiorum distributione, quam æquitatem justitiae, pro posse servare sequentes leges Ordinis rectissimas, & prudentissimas super hac re vestræ Reverendissimæ Paternitatis admonitiones; vestro superiori judicio nostrum libentissime subjicimus; & ex his duobus, quem confirmare judicacaverit Reverendissima Paternitas vestra; quoad nos attinet, acceptamus: vel scilicet quem præferendum judicavimus propter excellentiora exercitia; vel antiquorem natu, & professione Reverendum scilicet P. Fr. Petrum Lopez Magistrum, quoad gradum Præsensaturæ, ex Conv. Ovetensi; in quo Lectoris Artium munus obivit tribus annis; & Magistri Studentium in Conv.

Re-

Reginæ Cœli de Santillana, & Taurensi duobus annis, octo mensibus & sexdecim diebus: Lectionis autem Theologiae decennium explevit hoc ordine: in Conv. Incarnationis Castri-Julii legit tribus annis; & septem postremis in Ovetensi. Litteræ patentes Præsentaturæ ipsius datae sunt Romæ die 2. Julii ann. 1757. Ætatis est 54. prof. 36.

Acceptationes Titulo Prædicationis.

Ob obitum R. P. Fr. Benedicti Fernandez Præsentati, ex Conv. Vallis-Oletano; acceptamus Præsentaturam R. P. Fr. Gabrielis Calderon ex eod. Conventu, datam Romæ die 2. Julii anni 1767. qui Prædicator institutus ann. 1738. hoc officium exercuit annis decem & octo; hoc ordine: tribus in Conv. de S. Huesa, tribus in Conv. S. Dominici de Carrion, tribus in Conv. de Rioseco, duobus in Pampilonensi, tribus in Conv. de Vilbao, & quatuor in Conv. de Estella. Ætatis est 63. ann. prof. 45.

Ob obitum R. P. Fr. Joannis Martin Ramos Præsentati ex Conv. Abulensi, acceptamus Præsentaturam datam Romæ 15. die Septemb. ann. 1751. Reverendi P. Mag. Fr. Joseph Pinedo, ex Conv. Sancti Thomæ Matritensi; qui supra spatium 17. annorum verbum Dei ex officio prædicavit: annis nempe duobus, & supra in Conv. Talabrigensi, æquali temporis cursu in Complutensi, uno anno in Segoviensi, alio in Passionis Matritensi, & tandem in Conv. S. Thomæ ejusdem Villæ ad usque completionem decimi septimi anni. Supra quæ gradum Doctoris, & Mag. in Sac. Theologia habet à N. Reverendissimo collatum. Ætatis est 68. ann. prof. 34.= Quem aliis, ætate, & professione antiquioribus, præferimus, quia hujus exercitia longe quam aliorum excellentiora, & majora sunt; atque in populis honorabilioribus peracta.

Ob obitum R. P. Fr. Michaelis Salamanca Prædica-

to-

toris Gener. ex Conv. Vallis-Oletano ; acceptamus Prædicaturam Gener. R. P. Fr. Emmanuelis Santos , ex eod. Conventu ; qui Prædicatoris munus exercuit annis 16. hoc ordine : in Conv. de Potes sex ann. aliis sex in Conv. Sancti Dominici de Carrion , duobus in Conv. S. Dominici de la Coruña , aliisque duobus in Conv. de Peñafiel ; de data Prædicaturæ generalis non constat. Ætatis est 52. cum dimidio ann. prof. supra 34. = Quo ex eod. Conventu unus est antiquior , scilicet Fr. Vincentius Redondo , sed illius merita superiora , & meliora sunt.

Ob obitum R. P. Fr. Francisci Prieto , Prædicatoris Gener. ex Conv. Vallis-Oletano ; acceptamus Prædicaturam generalem R. P. Fr. Joannis Arias , ex eod. Conventu , dat. Romæ die 21. Septembris anni 1757. qui munus Prædicatoris decem & octo annis obivit , in hac forma : 4. in Conventu de la Navas ; per duos annos in Complutensi , in Conv. de Cifuentes quatuor , duobus in Abulensi , quatuor in Conv. de Cazeres , & duobus in Conventu Castri-Julii. Ætatis est 50. ann. prof. 33. = Et licet minor ætate , & professione supradicto R. P. Fr. Vincentio Redondo , propter rationem datam in antecedenti acceptatione præferendus judicatus à nobis est.

Ob obitum R. P. Fr. Petri Gonzalez Prædicatoris Generalis ex Conv. Reg. Segoviensi ; acceptamus Prædicaturam generalem R. P. Fr. Joseph Alesson ex eod. Conv. datam Romæ die 22. Junii ann. 1744. qui officio Prædicatoris functus est decem & septem annis cum novem mensibus : in Conv. Fontis-Sancti de Galisteo dimidio anno ; tribus annis cum novem mensibus in Conv. de Villalon ; tribus item annis , & octo mensibus in Conv. de Tudela ; duobus annis , & aliis mensibus octo in Conv. Incarnationis de Vilbao ; in Conv. Burgensi mensibus decem ; novem mensibus supra duos annos in Reg. Segoviensi ; & denique in Conv. de Nieva tribus

an-

annis, & septem mensibus. Ætatis est 67. ann. prof. 47.
quo ex acceptandis nullus reperitur in Provincia antiquior.

Et ob acceptationem Præsentaturæ R. P. Fr. Gabrie-
lis Calderon, ex Conv. Vallis-Oletano ; acceptamus
Prædicaturam Generalem dat. Romæ 2. Julii 1767. R.
P. Fr. Antonii Mazias, ex eodem Conv. ; qui Prædica-
tionis exercitio decimum septimum annum complevit;
hoc ordine : in Conv. de Lerma tres annos ; unum in
Conv. de Villalon ; tres in Burgensi ; dimidium supra
unum in Benaventano ; in Palentino duos ; tot in Conv.
de Vilbao ; & quinque tandem in Passionis Matritensi
prædicationis officio expendit annos. Ultra quæ in Conv.
Vallis-Oletano duas integras Quadragesimas (ut dici
solet) prædicavit. Quapropter antelatione dignus judi-
catus est ad laudatum R. P. Prædicatorem etiam Gene-
ralem Fr. Vincentium Redondo, etsi ætate & professio-
ne antiquiorem. Ætatis ille est 49. ann. profess. 32.

Ob acceptationem denique Præsentaturæ R. P. Fr.
Josephi Pinedo, Mag. ex Conv. S. Thomæ Matrit. ; ac-
ceptamus Prædicaturam generalem datam Romæ 2. Ju-
lii 1767. R. P. Fr. Paschalis Larrainzar ex Conv. Pam-
pilonensi : qui per viginti annos Verbum Dei ex officio
laudabiliter , cum magno (ut ajunt) profectu animarum
prædicavit ; hac serie : in Conv. Asturicensi per inte-
grum annum ; per tres in Conv. de Tudela ; tot in Conv.
de Estella ; in Burgensi tres, & amplius ; fere quatuor
in Conv. Sancti Thomæ Matritensi ; unum cum dimi-
dio in Abulensi ; & supra alterum in Conv. de Logro-
ño ; in quo festis omnibus diebus voluntarie cum Popu-
li magno concursu prædicavit ; quibus addi oportet tres
annos continuos, quos in Missionibus peragendis labo-
riosissime insumpsit, & Quadragesimas quinque, unam
in Conv. Salmant. alteram in Vallis-Oletano , & tres
alias in Civitate de Estella extranumerarias, ubi etiam
officium Missionarii ex designatione Cap. Provincialis

exer-

exercet. Ætatis est 54. ann. prof. 30. quo sto plures alii
sint antiquiores ætate, & professione, meritis tamen
nostro judicio nullus reperitur æqualis.

Postulationes Titulo Lectionis.

Postulamus Magisterium pro R. P. Præsentato Fr. Joanne Pueyo, ex Conv. Salmantino, qui post completum Lectionis Philosophicæ Cursum in Collegio D. Gregorii Vallis-Oletano; post peractum per tres annos & mensem Magistri Studentium munus; per unum in Conv. de Tabara; per secundum in Legionensi; & per tertium, & mensem in Abulensi: Theologiæ Lectoris per undecim annos, & tres menses prosecutus est officium; per tres menses in Conv. de Piedrahita; per septem annos, & quinque menses in Conv. Abulensi: ubi etiam ex institutione Reverendissimi P. N. Mag. Generalis Cathedram Sapientissimi Mag. Cano per tres annos, & reliquos menses moderatus est. Ætatis 53. ann. cum dimidio, prof. 37.

Et Magisterium pro R. P. Fr. Antonio Flores, Præsent. ex eod. Salmant. Conventu; qui per lecto semel & iterum integro Philosophiae Cursu, altero in Conv. Incarnationis Castri-Julii, & in Abulensi altero, atque uno insuper consumpto anno Salmanticæ in eadem Lectione: tribus annis Mag. Studentium officium egit: septem mensibus in Conv. Reginæ Cœli de Santillana, duobus annis cum dimidio in Abulensi: Theologiæ vero Lectoris munus obivit; quinquennio in Conv. S. Domingi de la Coruña, & altero quinquennio Cathedram Sapientissimi Mag. Cano rexit in Conv. Segoviensi institutus à Reverendissimo P. N. Mag. Ord. Ætatis est 56. ann. prof. 37.

Et Magisterium pro R. P. Præsent. Fr. Ferdinando Calva, ex Conv. Vallis-Oletano: qui completum Cursum Artium legit in Conv. Palentino semel, & iterum

in Vallis-Oletano ; in quo per quatuor annos & ultra officio Mag. Studentium functus est : Lectoris vero Theologiae decennium sic complevit : in Conv. de Rioseco quadriennio illam legit ; quindecim mensibus in Reg. Segoviensi ; & integro altero quadriennio in Conv. Vallis-Oletano : cumque quartus Mag. Studentium annus in Conv. Vallis-Oletano peractus , pro Lectione Theologica , uti jam diximus ; numerandus sit , nihil deest , imò superst decennio à Lege præscripto. Ætatis est 53. ann. prof. 35. Quibus ex prædictis duobus Conventibus nullus est ex postulandis antiquior æque benemeritus.

Et Magisterium pro R. P. Præsentato Fr. Isidoro Gomez Plaza , ex Conv. Toletano ; in quo & Cursum philosophicum legendo complevit , & Mag. Studentium officium ultra quinquennium exercuit : Theologiamque docuit biennio in Conv. de Piedrahita ; triennio & amplius in Placentino , & denique in Toletano ad usque expletum decennium. Ætatis est 55. ann. prof. 39.

Et Magisterium pro R. P. Præsentato Fr. Josepho Fernandez de S. Anna ex Conv. Complutensi ; qui Cursum completum Artium cum legisset in Placent. Conventu , & triennio Mag. Studentium officium egisset in Talabrigensi ; Lector Theologiae institutus illam legit tribus annis completis in Tabarensi , & similibus septem in Regali de Triannos. Ætatis est 60. ann. prof. 43.

Et Magisterium pro R. P. Præsentato Fr. Emmanuel Gomez de Valbuena , ex Conv. Abulensi : qui Artium Cursum integre peregit in suo dicto Conv.; munere Mag. Studentium functus est quatuor mensibus in Conv. de Piedrahita , & deinde in Abulensi ad usque expletionem triennii & ultra : Lectoris Theologiae officium egit circa tertium supra decennium annum : hoc Ordine : in Conv. de la Coruña quatuor : in Conv. S. Thomæ Matritensi tribus ; duobus , & amplius in Abulensi , & reliquo temporis in Collegio Complutensi sub munere Cathedraci Sapientissimi Mag. Cano. Ætatis est 54. ann. prof. 37.

Et

Et Magisterium pro R. P. Fr. Joanne Cobo, Præsent. ex Conv. S. Thomæ Matritensi : qui , post lectum complete Philosophiæ Cursum in Conv. Placentino ; post peractum triennio Mag. Studentium munus in suo S. Thomæ : Theologiæ Lectorem egit ultra decennium: quadriennio in Conv. de la Coruña ; uno anno in Zamorensi ; & usque ad numeratum tempus in suo Matritensi. Ætatis est 57. prof. 40.

Et Magisterium pro R. P. Fr. Michaele Alonso Præsentato , & Collegii D. Gregorii Vallis-Oletani Regente , ex Conv. S. Ildephonsi Reg. Taurensi : qui post lectum integre , & complete Philosophiæ Cursum in prædicto Collegio ; postque expensos in Mag. Studentium munere tres annos , & ultra : unum videlicet cum octo mensibus in Conv. de Piedrahita ; alterum cum dimidio in Conv. Toletano ; Theologiam per tredecim annos docuit : per unum , & quatuor menses in Conv. Emeritensi ; per duos cum tribus mensibus in Conv. S. Dominici de Piedrahita ; per alterum & fere quatuor menses in Conv. Reg. Toletano : & per reliquos octo annos in præfato D. Gregorii Collegio ; ubi Regentis officium adhuc exercet. Ætatis est 46. ann. prof. 28.

Postulamus insuper Præsentaturam pro R. P. Fr. Joseph de S. Maria Ex-Lect. Theologiæ ex Conv. Salmantino : qui finita Philosophiæ Lectione in Conv. de Rioseco ; duos item annos insumpsit in eod. munere Lectoris in Conv. S. Thomæ Matritensi ; in quo ultra quinquennium Magistr. munus Studentium egit ; & deinde Theologiæ Lectoris anno cum dimidio in Conv. de la Peña de Francia , & usque ad completum decennium in Conv. Compostellano. Ætatis est 51. prof. 32.

Et Præsentaturam pro R. P. Ex-Lectore Theologiæ Fr. Emmanuele Fernandez ex Conv. Reg. de Trianos: qui in eodem Cursum Lectoris Artium complevit ; & Mag. Studentium quadriennium , & ultra , cui officio initium dederat , & peregerat circa biennium in Conv.

de Santillana : in Lectione vero Theologiæ decennium insumpsit : hoc ordine : dies duos supra viginti in Conv. de Tabara ; in Conv. Castri-Julii completum annum & ultra ; in Pamplonensi duos ; tamdiu , & amplius in Conv. S. Thomæ Matritensi Cathedram SS. Mag. Cano moderavit ; atque idem officium egit per quinque annos in Collegio Complutensi. Ætatis est 48. prof. 29.

Et Præsentaturam pro R. P. Fr. Joanne Rosel , Ex-Lectore Theologiæ , ex Conv. Toletano : qui quinque continuis annis Lectoris Artium in eod. suo Conventu munus obivit ; & Mag. Studentium circa quadriennium; uno anno in Conv. Burgensi ; reliquis in Toletano ; Lectoris vero Theologiæ complevit decennium ultra unum annum agens in Conv. Emeritensi : alio in Conv. de Piedrahita , & pene octo Regentis officium in Conv. Abulensi. Ætatis est supra 47. prof. 31.

Et denique Præsentaturam postulamus pro R. P. Fr. Francisco Mieres , Ex-Lect. Theologiæ ex Conv. Palentino : qui in Collegio D. Gregorii Cursum Philosophicum lectione complevit ; & Mag. Studentium officium exercuit circa quatuor annos ; per menses octo in Conv. de Tabara ; & in Conv. Palentino per tres annos & supra : Theologiam legit supra decennium ; anno , & mensibus in Conv. Emeritensi ; anno integro in Taurensi , & reliquo temporis in Matritensi S. Thomæ. Ætatis est 46. prof. 30. = Pro Postulationibus Titulo Lectionis, sive Magisterii , sive Præsentaturæ nullus est ex Conventibus Salmantino , & Provinciæ , aut ætate major, aut Professione antiquior æque benemeritus.

Postulationes Titulo Prædicationis.

POstulamus Præsentaturam pro R. P. Fr. Ildephonsō Iniesta Prædicatore generali , ex Conv. S. Thomæ Matritensi : qui verbum Dei ex officio prædicavit sexdecim annis : quatuor in Conv. de Madridejos ; & in Con-

Conventibus de Yepes , Piedrahita , Vilvao , Tordesillas , & Lucensi reliquis annis ; quot in singulis non constat ex certificatione præsentata . Ætatis est 64. prof. 45.

Et Præsentaturam pro R. P. Fr. Nicolao Manso Prædicatore generali ex Conv. Abulensi , qui Prædicatoris officium sexdecim annis exercuit ; & ex eis in Conv. de Roxas septem mensibus prædicavit : uno anno , & duobus mensibus in Conv. de Valencia de D. Juan ; alio , & sex mensibus cum dimidio in Conv. de Carrion : duobus in Conv. de Nieva ; quatuor in Conv. Benaventano ; in Conv. de Palacios duobus mensibus cum dimidio : in Conv. Abulensi tribus annis ; & horum numerus in Conventibus Legionensi , & Complutensi , in quibus etiam prædicavit ; non constat ex ejus certificatione sigillatim ; constat tamen eis copulatim sumptis sexdecim annos prædicando complevisse . Ætatis est 60. ann. profes. 43.

Et Præsentaturam pro R. P. Fr. Joseph Retortillo Prædicatore generali , ex Conv. Placentino : qui Prædicator institutus officium est prosegitus ultra sextum decimum annum : hoc ordine : in Conventibus de Nieva , & Cisneros , quatuor annis ; quatuor item aliis in Conventibus de S. Felices , & Castri-Julii ; tribus in Conv. de Caceres ; in Conv. Metymnensi duobus , & ultra ; & tribus tandem in suo Conv. Placentino . Ætatis est 63. ann. & quatuor mensium , prof. 45.

Postulamus insuper Prædicaturam generalem pro R. P. Fr. Ludovico Bañales Ex-Prædicatore ex Conv. Salmantino : qui Verbum Dei sexdecim annis ex officio prædicavit : nimirum in Conv. de Sanhuesa duobus ; tot in Conv. de Aranda ; quatuor in Conv. de Rioseco ; duobus in Conv. de Cisneros ; in Conv. de S. Felices uno , duobus in Conv. Compostellano ; & tribus denique in Conv. S. Dominici de Tuy . Ætatis est 44. prof. 27. = Pro postulatione Prædicaturæ generalis nullus alias est ex Conv. Salmantino , de quo nobis constet sexdecim an-

annis Verbum Dei prædicasse.

1612 Et Prædicaturam generalem pro R. P. Fr. Thoma Mena, Ex-Prædicatore, ex Conv. Vallis-Oletano: qui authentica certificatione nobis constare fecit officium Prædicationis egisse sexdecim annis in Conventibus de Valencia de D. Juan; de Villada; Legionensi; & Dominae Nostræ de Logroño: non tamen ex illa constat quot in quolibet, prædicasse; sicut nec tempus ætatis, & professionis. = Nec etiam scimus alium ex prædicto Conv. præfinitum tempus prædicatione implevisse.

Et Prædicaturam generalem pro R. P. Fr. Raphaele Castañeda, Ex-Prædicatore, ex Conv. R. S. Mariæ de Trianos: qui designatum sextum decimum annorum numerum exercitio Prædicationis implevit: in Conv. enim S. Dominici de Azpeytia prædicavit annis tribus; quatuor in Conv. de Villalpando; uno in Conv. de Carrion; alio in Metymnensi; in Conv. de Villada duobus; tribus in Conv. Reg. Taurensi; & postremis duobus in Conv. de Tordesillas. Ætatis est 46. ann. prof. 29.

Et Prædicaturam generalem pro R. P. Ex-Prædicatore Fr. Joseph Fernandez, ex Conv. Castri-Julii: qui annos sexdecim in Prædicationis officio insumpsit numero sequenti distinctione; in suo dicto Conv. ultra quadriennium concionavit; triennio in Emeritensi; quadriennio alio in Talabrigensi; tamdiu in Conv. de Rioseco; & in Conv. de Peñafiel uno anno. Et insuper ab hinc duobus annis in Episcopatu Oxomensi Missionarii officium institutione exercuit, & exercet. Ætatis est 48. ann. prof. 31.

1613 Tandem Prædicaturam generalem postulamus pro R. P. Fr. Didaco Fœlice Parra, Ex-Prædicatore, ex Conv. S. Mariæ de Atocha: qui Prædicationis officium ex munere egit ultra sexdecim annos: hoc ordine: annis tribus concionator fuit in Conv. de Madridejos; in Conv. de Huete duobus; tribus in Placentino; tot in Conv. de Ocaña; & totidem in Complutensi; in Conv.

de

de Peñafiel uno ; & in Conv. de Rioseco altero. Integra etiam quadregesima , vel quadragesimæ tempore toto conciones habuit in Vallis-Oletano Conv. De ætate ejus non constat in certificatione præsentata. De professione constat esse 31. ann.= Pro postulatione Prædicaturæ generalis nullus alias superest ex Conv. Provinciæ , de quo nobis constet sexdecim annis lege præscriptis Verbum Dei prædicasse.= Fatemur insuper omnes tan acceptatos , expositos , & postulatos titulo Lec-
tionis ; quam acceptatos , & postulatos titulo prædicationis , ex Conventibus , sive Salmantino , sive Vallis-Oletano , vel etiam Provinciæ , nostro , & communis Provinciæ judicio honestæ , ac probatae vitæ esse , & bonæ utique famæ.

Sciant autem omnes relati RR. PP. & alii , quorum gradus in posterum acceptandi , vel postulandi fuerint, Reverendissimum P. N. Mag. Ordinis rogatui Provinciæ , opportuno atque convenienti ad eorum distributionem , benigne annuisse , concessisseque , ut pro circumspectiori recognitione laborum , & meritorum uniuscujusque designentur in Capitulo Provinciali præcedenti PP. Revisores pro sequenti ; qui octiduo ante ipsum ad Conventum accedant in quo celebrandum est Capitulum : ibique singulorum peracta exercitia Lecturæ , vel Prædicationis , jam antea Priori talis Conventus per tabellarios missa , accurate ac diligenter legant , perlegant , atque in Ordinem redacta Diffinitoribus tempore Capituli , clara , facilique methodo , judicanda exhibeant. Quo favore utentes in Diffinitorio hujus nostri Capituli elegimus in Revisores pro Capitulo electivo sequenti RR. PP. Fr. Didacum Baeza , Præsentatum & Priorem Conv. Jesu Mariæ de Tabara : & Fr. Vincentium Castro , Præsentatum , & Priorem Conv. S. Petri Martyris de Rioseco. Quibus injungimus , & mandamus ut , octiduo dicto Priori nostri Regalis Conventus S. Ildephonsi Taurensis se præsentent , ab eoque accep-

ta

ta exercitia examinent, & dicta methodo disponant. Ipsi autem, ad quos expectat illa mittere, præcipimus, in memoriam revocantes quæ Reverendissimus N. super hac re disponit in sua epistola confirmatoria actorum Capituli intermedii ann. 1763. num. 17. ut ea clara, numericaque distinctione sic confiant, & testificant, quod authentice constet quot annis, mensibus, diebusque in unoquoque Conventu sigillatim, & non tantum in omnibus coniunctim talia exercitia obiisse. Quod si secus confecta misserint, admonemus pro non præsentatis, & authenticis esse reputanda. Nec illa mittant antequam præfinitum Lectionis seu Prædicationis tempus compleverint.

Atque his postulationibus aliam adjungimus, roganter Reverendissimum P. N. Magistrum Generalem, ut beneficium dispensationis ab hebdomada concedere dignetur P. Fr. Fulgentio Grande, ex Conventu Castri-Julii; quem nobis constat officium Magistri Novitiorum laudabiliter egisse continuis decem, & septem annis in suo dicto Conventu, atque ad præsens agere ex designatione Capituli: postquam in eodem Cursum Philosophiæ semel, & iterum complete legit. Rogamus item, ut dispensationem ab Hebdomada, matutinisque precibus media nocte persolvendis, in diebus tantum minoris solemnitatis, concedat Patribus Fr. Juliano Moreno, & Fr. Francisco Bustelo: quorum primus officium Cantoris die nocteque exercuit per spatium 22. ann. in suo Conv. de Atocha: alter vero 25. annis idem officium cum laude peregit in Conventibus Burgensi, S. Dominici de la Coruña, & peragit modo in su Compostellano Conventu.

ABSOLUTIONES.

Absolvimus omnes Supperiores, præter Supprio rem S. Dominici Compostellani; S. Dominici Victoriensis; S. Pauli Burgensis; S. Gynesii Talabrigensis, & Mariæ Jesu Tabarensis propter instantes electiones.

ORDINATIONS.

CUM ex PP. Priorum conventionalium zelo, atque prudentia tota, ferè regularis, observantia pendeat; ordinamus primo, ut sui munera memores in id totis viribus incumbant, ut leges nostras, & statuta exacte observari satagant; ea præcipue, quæ circa divinum officium, & incruentum Missæ Sacrificium sanctissime ordinata sunt. Ideoque rogamus R. adm. P. N. Priorem Provincialem, ut in suis visitationibus super horum observantia diligenter inquirat; desides, & negligentes poena debita plectendo: atque eos etiam, qui sine rationabili causa tempus horis canonicis deputatum prævenerint, vel retardaverint.

2. Et quia observantiae regulari, & similiter studientium profectui magna irrogatur jactura ex absentia Patrum Priorum, & Moderatorum seu officialium Studii à suis Conventibus; Prioribus ordinando injungimus ne ipsi, ullo prætextu, à suis Conventibus, etiam intra dietam, absint: vel illis talem licentiam abeundi tribuant, tempore præcipue cursus, nisi ad brevissimum tempus, & maxima urgente causa; quamvis alios idoneos, qui pro eis exercere valeant, substitutos relinquant. Experientia enim notum est his substitutis disciplinam omnem in casum ire.

3. Inhaerentes Capitulorum Gener. ordinationibus pro recta Juvenum educatione latis, præsertim Mediolanensis 1340. ordinat. 9.; Conventuum Præsidibus injungimus, eorum conscientias in diem Domini onerantes,

tes , ut toto animi nisu curent , ut juvenes superioribus suis debitam obedientiam , majoribus , & senioribus debitam pariter , verbo , & opere , reverentiam exhibeant: in eos severius animadvertisentes , qui aut opere delinquentes , aut notabiliter negligentes hac in re inventi fuerint ; circa eos præcipue , quibus ratione officii , doctrinæ , aut alterius notabilis excellentiæ religiosa observantia debetur . Quod non juvenes tantum , qui sub cura sunt Mag. Novitiorum , sed fratres quoçcumque etiam Sacerdotio initiatos , imò , & hos præcipue observare volumus , & mandamus . Rogamusque R. adm. P. N. Provincialem , ut in Conventuum visitatione super hoc inquirat . Et si quos fortè hujus criminis reos depræhenderit , convenientes poenas adinveniat , ordinet , & imponat ; quibus eorum audacia , atque procacitas comprimatur , & coercentur . Quas pariter poenas illis irremissibiliter infligat fratribus cujuscumque conditionis sint , qui hujusmodi insolentes fratres , aut eorum temerarios ausus favore indebito fovere , aut eorum correpitionem impedire depræhensi fuerint . — Superiores verò ea benignitate , & affabilitate suos subditos pertractent , ut eorum animos ad amorem potius , quam timorem provocent , & instigent .

4 Item ordinamus quod fratres à sequela chori dispensati , sive à legibus , sive à nostris Reverendissimis Generalibus , intersint tertiae parti Rosarii , quæ post Completorium recitari consuevit ; sicuti processioni Defunctorum per hebdomadam . Ordinamus etiam quod Rosarium B. V. Mariæ singulis diebus Dominicis , & festis B. Virginis cantetur per vicos , & plateas , vel , si injuria temporis non permisserit , per claustra à quatuor , duobusve fratribus cum assistentia Supprioris , vel Vicarii . Similiter præcipimus exactam observantiam exercitii orationis mentalis à nostris legibus præscriptam : cui , ut omnes Religiosi cujuscumque officii , gradus , & conditionis sint , assistant , uti debent , quanto

tidie; sonulo campanæ opportuno tempore præmoneri volumus, & ordinamus.

5 Prælati singulis annis cellarum scrutinia faciant, & à subditis rationem omnium, quæ ad usum habent, infallibiliter in scriptis recipient; pro viribus coercentes, si quod invenerint, immoderatum peculium, etiam in communi deposito servatum. Ne autem fratres, necessitatis titulo, pecunias congregare cogantur, Prioribus, seu Præsidibus Conventuum districte injungimus, ut fratribus suis omnibus indumenta solita in propria specie, & non aliter ministrent: quod non solum de indumentis minoribus (ut vocant) quæ singulis annis dari oportet, accipiendum esse declaramus; sed etiam de majoribus indumentis; (habituum alborum nomine intellectis) quæ nova, & integra, semel in quodlibet triennio. Fratribus omnibus esse elargienda à Prio seu Præside Conventus ordinamus etiam decernimus, & mandamus: laudantes atque observari volentes aliorum Conventuum consuetudinem ea ipsa ministrandi singulis biennis.

6 In receptione Novitiorum Patres Priors cautissime se gerant, taliter, ut, quantum humana ratio mediis omnibus opportunis investigare possit, qualitati, vocationi, idoneitatique recipiendorum ad finem institutionis Ordinis consulatur. Circa quæ præ oculis habenda sunt quæ N. Reverendissimus ordinata habet juxta Constitutiones nostras cap. 13. de recipiendis. Pro receptis vero ordinamus, & stricte præcipimus tam Prioribus quam Novitiorum Magistris ut diligentissime current de instructione Novitiorum in omnibus, quæ pro illis præscribuntur in cap. 14. dist. 1. nostrarum constitutionum. Nec minorem adhibeant curam circa professos sub cura Magistri Novitiorum degentes, ipsos frequenter adhortando, ut quæ sponte Deo solemniter promisserunt fideliter adimpleant vigili regulæ, & constitutionum observantia: corripiendo, & puniendo

negligentes; atque eos semper, & majori poena quos in aliorum cellis loquentes, vel qualitercumque alios impedites invenerint. Monitos enim volumus Magistros Novitiorum severissime esse puniendos super hujuscemodi negligentia, qua radicitus enervatur disciplina regularis. Mandamus etiam, ut Novitii in caⁿtu Ordinis instruantur; nec aliter ad professionem admittantur.

7 Item ordinamus quod Studentes bis examinentur, in principio scilicet cursus, & prope festum S. Thomae Aquinatis. Et circa cursuum approbationem p^ra oculis habeatur quod in laudata Epistola confirmatoria num. 34. ordinatur à N. Reverendissimo. Quem hac occasione rogamus, ut sua altiori providentia confirmet sequentem nostram, quam pro Studentibus jam approbatⁱs in Cursu Sapientissimi Mag. Cano, quatuorque Theologiae Scholasticæ cursibus; qui ad regendas Lec^tionum Cathedras apti non sunt examinatorum judicio; valde utilē existimavimus: Nimirum, quod p^ro talibus possint Conventuum Piores, vel Studii Regentes Lectorem unum ex his, quos *Passantes* vocant, designare, vel alium fratrem idoneum, qui ab ipsis, è Scholastica Theologia segregatis, quotidianas duas lectio-nes morales requirat, & explicet, ex Wigandti opere, seu Natalis Alexandri Summa, vel alio Authore à vestra Reverendissima Paternitate eligendo: & p^räter duas illas Scholæ horas, conclusionem moralem, hora conclusionis scholasticæ habeant cum designato Lectore cui etiam interesse debebunt omnes confessarii, prout quantum ad hoc jam ordinatum est in Cap. Gener. Romano sub Reverendissimo Ripoll ordinat. 5. Atque insuper ejusmodi Studentes bino examini quotannis obstricti erunt, quemadmodum Studentes formales dicti. Quod nunc rogamus, quia nondum designari potuer^ere Domus pro Studio morali designandæ. = Rogamus item Reverendissimum P. N. Mag. Ord. ut Lecto-

res Theologiæ Moraliæ, & casum, quibus tres Conclusiones in singulis septimanis habere demandatum est; quique Choro pro meridiano diei etiam, quo casus coram communitate fuerint explicatur, & reliquorum dierum Choro integro adesse debent, quemadmodum declaratum habet V. Reverendissima Paternitas; exemptiones ab Hebdomada declarare dignetur.

8 Confessarii munus quibus personis, queisque dotibus ornatis demandandum sit, brevibus quidem, sed gravissimis verbis exprimunt nostræ Constitutiones dist. 2. cap. 12. text. 2. lit. B. in glosa. Quæ utique dotes, quibus personis insint querere, & observare Prælatorum curæ ac sollicitudini relinquit Reverendissimus P. N. Gener. in prælaudata epistola, amplam illis libertatem, atque facultatem largiens suspendendi ab audiencia confessionum fratres quoscumque sibi subditos, si certis justisque de causis existimaverint secundum Deum non expedire, ut confessiones audiant. Ea propter R. adm. P. N. Priorem Provincialem rogamus, ut hac de re diligentissime in visitatione Conventuum inquirat, solerter investigando, quinam fratres huic muneri perficiendo apti, quinam habeantur inepti, per se ipsum etiam privatim examinando; & si opus fuerit, ab audiencia confessionum suspendendo quem, vel quos deprehenderit debitissima doctrina, prudentia, & moribus ad tam arduum negotium exactis non esse præditos atque ornatos.

9 Ordinamus insuper, ac Prioribus eorum Conventuum, in quibus Prædicatores generales designati sunt, injungimus, ut solicite procurent quod præfati Prædicatores quam prioribus exercitationibus acquisierunt salutaris scientiæ copiam fidelibus impartiri non desistant; his cum primis, quos aut infirma valetudo in Nosocomiis, aut minus propitia fortuna in carceribus occlusos detinet, eos in doctrina christiana instruendo, ad patientiam cohortando, atque ad sacra-

menta suscipienda disponendo , Pœnitentiæ præcipue, quod ipsis ministrare nullatenus renuant , quoties ipsorum , aut necessitas , aut voluntas id poposcerit . Prælati vero , quos in hoc pietatis opere diligentes invenient speciali favore prosequantur , atque ad ejus prosequitionem verbo , & opere stimulent , urgeantque.

10 Item ordinamus quod nullus Prædicator in suis concionibus , nullusque omnino hujus nostræ Provinciæ Frater detrahere quoquo modo audeat Prælatis , Principibusve ; minusque contra eorum providentias , seu dispositiones politicas , vel gubernativas in suis concionibus , aut familiaribus colloquiis nec directe declamare , sed pro debito sui muneric , hoc unice charitate incensi curent , ut audientes odium peccati concipient , atque inde timorem , & amorem Dei , & proximorum ; illorum præcipue , qui suprema in terris potestate gubernant ; quibus maledicens , & resistens , Christo maledicit , Deique ordinationi resistit . Quam salutiferam doctrinam studeant nostri tam in publico , quam in privato mentibus , & cordibus infigere ; ut omnes , uti debent , reverenti filialique amore Principes , Prælatos que suos prosequantur , eorumque provida mandata venerentur . Quod si quis nostrum , quod absit , temerario ausu in aliquo horum dilaterit , Patrum Priorum erit R. adm. P. N. Provincialem illico de tali excessu certiore facere : ipsumque rogamus , ut talem delinquentem sine indulgentia pœnis debitibus subjiciat . Quod jam pridem pro Prædicatoribus ordinatum fuit Coloniae 1428. ordinat. 5. , & confirmatum Romæ 1481. ordinat. 8. sub pœnis privationis officii Prædicationis , audiencie confessionum , & omnium gratiarum Ordinis , si pertinaces fuerint . = Ordinamus etiam quod omnes Fratres , concionaturi tam de tempore , quam de Mysteriis , vel sanctis , omissis omnibus circumstantiis à salutatione seu exordio Sermonis , in illo unice præmittant catechisticam explicationem doctrinæ chris-

christianæ ad mentem , & ordinem catechismi Sacri Concilii Tridentini. Ordinamus insuper quod Prædictores non transferantur de uno ad alium Conventum, antequam per tres annos ad minus in ipso prædicaverint , nisi ex valde urgente causa. Rogamusque R. adm. P. N. Provincialem , ut ita institutiones distribuat , quod omnes Prædictores saltem per sexennium in Domibus Studiorum prædicationis officium exerceant.

11 Item ordinamus , annuente , & suadente N. Reverendissimo P. Mag. Generali , quod , pro debito in Supremam Regiam Majestatem nostro modulo solvendo , in omnibus Conventibus , in fine collectæ , qua juxta Rubricas Ordinis terminari debent horæ canonicæ , post illa verba : *Et pacem tuam nostris concede temporibus;* addatur : *Et Catholicum Regem nostrum Carolum sub tua protectione custodi : per Christum , &c.*

12 Ordinamus item , & præcipimus omnibus PP. Prioribus , ut locus communis Depositi non sit sua ipsorum , vel alterius Fratris cuiuslibet Cella , sed alias securior & commodior designetur ; apteturque in eo arca tribus serata clavibus ; sub quibus custodientur pecuniarii redditus & proventus Conventus , necnon authentica instrumenta debitæ pertinentiæ ipsorum & aliorum , perceptionisque & sumptus eorumdem. Claves autem singulæ Priori , & singulis Depositariis tradendæ erunt.

13 Distributio bonorum defuncti fieri debet juxta ea , quæ præscripta sunt Romæ 1530. declarat. 3. per hæc verba : Declaramus circa successionem bonorum relictorum per fratres , quod serventur Constitutiones in iis , in quibus sunt claræ ; & ea , quæ sunt in iisdem Constitutionibus dist. 2. cap. 14. in declarat. text. 5. sub litt. I. Quod autem ad libros attinet declarat Reverendissimus P. N. Generalis , manuscripta quælibet ex spoliis defunctorum in Bibliothecas respectivorum Conventuum esse inferenda.

Quia

14 Quia appellationes , nedum à Religionis communi ratione , sed à nostri Ordinis propriis statutis , valde dissonant , ordinamus , ut , si aliquando tale contigerit , gradatim fiat , quemadmodum à Sacra Regulam Congregatione , conformiter ad Constitutionem Bonifacii IX. & aliorum plurimorum Pontificium decreta , in nostris Constitutionibus reperitur per Cap. Romanum denuntiatum , & statutum : nempe , à gravamine Prioris ad Provincialem ; à Provinciali ad Mag. Ordinis ; & à Mag. Ordinis ad auctoritatem Sedis Apostolicae.

15 Ordinamus , graviter conscientias Prælatorum onerantes , ut omnem diligentiam adhibeant , ne quis Fratrum repræsentationibus , vel comœdiis , quæ à publicis Hystrionibus fiunt , ullibi intersit . Item ne Domo- rum nostrarum Præsides eas in illis fieri permittant à quibusvis personis , cujuscumque conditionis sint .

16 Ordinationibus Capitulorum Generalium , quibus distributiva justitia in graduum collatione accuratisime intenditur , sepiusque repetitis monitis Reverendissimi P. N. Mag. Generalis in idem collimantibus , ea , qua par est , reverentia obtemperare cupientes , R. Adm. P. N. Provincialem rogamus ut in Conventum Visitatione accurate inquirat de vita , moribus , munerasque adimptione eorum , qui sive titulo Lectionis , sive Prædicationis gradus ordinis sunt obtenturi ; diligenter adnotando in libro ad hoc specialiter confecto , quid vel proprio experimento invenerit , vel fideli aliorum relatione sciverit : ut cum tempus advenerit , quo pro graduum assequutione eorum merito Reverendissimo Mag. Generali Ordinis à Diffinitorio sint exponenda , plenior , atque securior , hac accidente notitia , æquitati , ac justitiae paretur via .

17 Tandem ad majorem observantiam hujusmodi Actorum omnibus Suprioribus , sub poena absolutionis à suis officiis , injungimus , ut ea quater in anno integrum

gre legere faciant in Capitulo vel Refectorio coram toto Conventu : simulque legatur Epistola confirmatoria Actorum Capituli intermedii anni 1763. Pariter inhærentes ordinationi ultimæ Capituli Romani , conformiter ad illam injungimus Vicariis Monialium , aut eorum Confessariis , ut vulgari lingua traducant omnia , quæ in actis , aut in præcita Epistola ad Moniales , & Beatas quomodolibet expectant ; sive privative de illis loquantur , sive quæ fratribus , & Sororibus sunt communia , & Sorores legere teneantur coram toto Conventu , diebus illis , quibus perleguntur ordinationes particulares Conventuum ; ad minus nempe quater in anno.

ADMONITIONES.

1 UT autem quæ ordinavimus , & alia jam ordinata & præcepta diligentius observentur , admoneamus , primo , præceptum esse à Nostro Reverendissimo in st̄epius laudata Epistola Confirmatoria num. 24. ut , juxta Rubricas Ordinis , in præparando Calice Hostia palla cooperiatur , ita ut velum non immediate hostiam contegat , sed inter hostiam & velum palla interjaceat ; utque ex Sacristia ad Altare capite caputio , atque amictu cooperto procedatur , eodemque modo ex Altari ad Sacristiam redeatur : præterea ut Missa de Requiem numquam , nisi cum nigro colore celebretur.

2 Admonemus statutum esse à N. Reverendissimo Epist. citata num. 25. conformiter ad ordinat. 3. pro regulari observantia , Cap. Gener. Bononiæ celeb. ann. 1725. omnes , & singulos , etiam Magistros actu docentes , & Lectores actuales , etiam Theologie , aliosque quoscumque , quovis titulo à sequela chori legitime exemptos , interesse debere officio defunctorum per hebdomadam , sicuti quotidie completorio : diebusque festis de præcepto omnibus , & non tantum solemnioribus , diurno , nocturnoque choro , regulariter ; ut loco citato

habetur. Similiter etiam omnes Fratres nostros cuiuscumque dignitatis, officii, aut gradus fuerint, nemine prorsus excepto, obligari ad assiduam chori tam diurni, quam nocturni sequelam, demptis solis Lectoribus actualibus, & Magistris actu docentibus; ea ratione, qua disponitur in Cap. Gener. Romano 1656. declarat. 12. Rom. item 1670. declarat. 4. Romano rursus 1694.; pro regulari observantia ordinat. 2. & Bononiensi 1725. ordinat. 2. pro reg. observ.: & in novissimo Romano 1756. admonit. 3.

3 Admonemus præceptum esse à N. Reverendissimo in Epist. Confirmat. actorum Cap. electivi ann. 1764. num. 7. ut quando cantetur SS. Rosarium per vicos, & plateas, id per diem, non autem in nocte fiat: nihilque prætermittendum hac occasione, quod, sive ad regularem disciplinam, sive ad exercitationem Scholarum, expectare videatur.

4 Insuper admonemus ordinatum fuisse à Nostro Reverendissimo in priori laudata Epistola num. 27. Lectors, qui Passantes vocantur, uti, fruive non posse privilegiis concessis Lectoribus actu legentibus, nisi per duos tantum annos post finitam Lectionem artium; sibiique, & successoribus suis reservasse facultatem prorogandi talia privilegia: & quod, si in aliquibus Conventibus, ob peculiares causas, opus fuerit hujusmodi Lectoribus, PP. Priorum sit rem ad ipsummet Reverendissimum deferre.

5 Item admonemus N. Reverendissimum declarasse in citata Epist. Confirmatoria Cap. intermedii num. 28. admonuisseque, ut in dispensandis super abstinentia à carnibus non tam ætatis, quam virium, & valetudinis ratio habeatur: hacque occasione prohibuisse dispensationem in cœna ex carnibus fieri.

6 Item admonemus novam methodum studiorum stabilitam esse à Mag. Gener. totius Ordinis in sua Epistola encyclica *de Ratione Studiorum* datam in Conv. de Val-

Valverde die 7. Martii 1762. eamque iterum confirmasse aliis litteris datis Matriti in Conv. S. Thomæ die 3. Aprilis ann. 1764. Ac rursus tandem in Epistola actorum Capituli intermedii 1766. num. 6. per hæc verba:

" Non modo confirmamus ordinationes nostras in litteris diei 7. Martii anni 1762. quibus mandavimus ut Lectores quique à scriptis quibuscumque , aut typis editis institutionibus Theologicis dictandis explicantur disve in posterum abstinerent , ac textum Summæ Theologicæ Præceptoris Angelici S. Thomæ interpretarentur, suisque auditoribus explicarent ; sed volumus, ac jubemus ut Patres ad Capitula Provincialia deinceps convenientes , & Prior Provincialis in obeunda visitatione Cœnobiorum , in quibus studia vigent , summa diligentia inquirant , utrum Lectores suo munere accurate satisfecerint ad normam earumdem ordinacionum. Et si quos invenerint iis minus paruisse , omnino subjiciant pœnis ibidem constitutis ; Nobisque eorum nomina significant. Decretum enim firmissime Nobis est nullum gradum ipsis conferre ; imò à legendi munere eos perpetuo arcere."

7. Etiam admonemus, præceptum esse fratribus nostris, in admonit. 14. Cap. Gener. Romani anno 1656. celebrati, ut caveant ab omni pruritu exoticarum, minusque cum genuina & litterali mente S. Thomæ cohaerentium opinionum , præcipue in moralibus: atque in his studeant omni cautela evitare opiniones laxas, novas, aut parum tutas ; abstineantque à paradoxis , ac monstruis recentum placitorum : & sicubi enascitur publica sentiendi varietas , nostri ad litteram , & priscum sensum D. Thomæ, ejusque fidorum interpretum , se recipiant; nec inde ullo pacto divellantur. Similiter admonemus determinatam esse à N. Reverendissimo citata Epist. confirmatoria Cap. intermedii 1763. duracionem Cursus Scholastici ; & quos dies habendos , futurosque esse lectivos ; ac etiam Studentium & confessa-

riorum examina ibidem declarasse & ordinasse , numeribus 5. & 6.= 32. 33. & 34. Quæ omnia PP. Priores præ oculis habeant , & super eorum observantia accuratissime invigilent.

8 Circa exitum , permanentiamque Fratrum extra Claustra , admonemus , hoc ipsis vetitum esse sub pœna excommunicationis & carceris in Capitulis Generibus Mediolanensi 1505. ord. 11. Romano 1601. ord. 22. & in Vallis-Olet. 1605. conf. 31. Reverendissimumque P. N. Magistrum Ordinis præceptum habere in confirmat. Act. Cap. interm. 1759. numero 7. & in confirmat. Act. Cap. etiam intermedii 1766. num. 13. quod fratres , qui absque prævia licentia , utique legitima , extra Cœnobia , quibus respective sunt assignati , manserint , aut ex illis discesserint , etiam ad breve tempus , obnoxii sint pœnis contra vagos , fugitivosque statutis: injungit ipse Reverendissimus Præsidibus tum Provinciæ , tum Conventuum , ut eas , illis , si qui fuerint , infligant: præcipitque R. Adm. P. Priori Provinciali , ut , si qui sint extra Claustra degentes , statim faciat ad ea redire , & nomina eorum , qui forte (quod absit) obedire detrectaverint , ipsi significet : tandemque denuntiat SS. D. N. Clementem Papam XIII. fel. record. sibi ipsi privative reservasse facultatem concedendi Regularibus licentiam degendi extra Claustra : atque etiam hanc eandem esse voluntatem Regiæ Catholice Majestatis , cui obsequi , atque parere ex conscientia tenemur.

9 Item admonemus , impositas esse Prælatis Cœnobiorum pœnas latas tum in vagos , tum in fugitivos , si eos quomodolibet , præterquam ad carcerem formalem receperint , aut ipsos circa suorum Cœnobiorum fines scientes impune vagari permiserint : tenerique hujusmodi Prælatos , ut à fratribus ad se venientibus litteras testimoniales exquirant & diligenter legant : sic enim statutum est confirmat. 1. pro bono regimine , Cap. Bonon. 1748. & confirmat. 1. noviss. Cap. Romani. Similiter admone-

mus, teneri etiam Præsides Provinciarum, Cœnobiorum & Congregationum, dum aliquis fratum è Cœnobia, Congregatione vel Provincia aufugerit, certiorem facere Magistrum Ordinis de fuga, fugæ causa, de culpis, moribusque fugitivi; ut quæ ad hujusmodi homines, vel coercendos, vel ad ordinem reducendos magis accommodata existimaverit, decernere, & exequi possit. Ita in noviss. Cap. Rom. confirmat. 2. pro bono regimine: & in confirmat. Act. Cap. electivi ann. 1757. statutum est.

10. Etiam admonemus in Cap. Bonon. proxime relato confirmat. tertia, pro bono regimine: atque in eodem Romano confirmat. 3. etiam pro bon. reg. statutum esse, ut nemo deinceps ad habitum nostri Ordinis recipiatur nisi consulto Præside Provinciæ, aut Congregationis, diligentique inquisitione, quibus in locis opus fuerit, præmissa, atque semoto partium studio peracta de honestate natalium, ætate, valetudine, indole, ingenio moribusque: cuius quidem inquisitionis documenta integre exhibenda sunt Patribus à consiliis Cœnobii, in quo quisque erit recipiendus; quæ ab eiisdem, prius, dato convenienti temporis spatio, accurate inspicienda erunt, atque probanda; sub poena, tum nullitatis receptionis; tum suspensionis ab officio, dignitate, & juribus, tam à Præside, quam à Patribus à consiliis, ipso facto, incurrenda; à qua non nisi à Mag. Ord. absolvit possint. Cui admonitioni addamus oportet, quod in eodem postremo Capitulo Generali, pro Provincia Hispaniæ num. 2. declaratur per hæc verba: Consuetudo, quæ in aliquibus gravioribus Conventibus viget, ut juvenes recipientur ad habitum quin Prior Provincialis consulatur, minime revocari intelligimus per ordinationem quæ supra num. 3. pro bono regimine *de recipiendis* posita est; dummodo cætera, quæ in eadem ordinatione præscripta sunt, diligenter, sancteque serventur.

11. Item admonemus statutum esse in Cap. Gener. Ro-

Roman. 1694. decl. 2. & 8. sub gravibus pœnis , quod nullus ad habitum nostri Ordinis recipi possit , qui ex quacumque altera Religione , etiam ante solemnem professionem emissam , expulsus fuerit , vel eam sponte deseruerit : nec ille similiter , qui ad habitus nostri receptionem admissus non fuerit in uno Conventu , possit in alio Conventu admitti & recipi : sicut nec ejectus ab uno Conventu in alio recipiendus umquam erit sine expressa licentia Magistri Ordinis : qui idipsum etiam ordinando , declaravit in conf. A&t. Cap. intermedii ann. 1759. ut si quis ante emissam professionem ab Ordine quocumque , etiam nostro ejectus fuerit ; vel habitum Ordinis , sive nostri , sive alterius sponte dimiserit , is deinceps , sine expressa ac speciali Magistri Ordinis licentia in nullo quovis Conventu recipi possit , nec in illo quidem , in quo habitum , aut sponte , aut coacte dimiserit : pariterque decernit , ut si quis ad habitum Ordinis admissus in uno Conv. non fuerit , is sine speciali item Magistri Ordinis licentia , non solum in nullo alio Conventu recipi possit , sed nec in eo ipso , in quo primum non fuit admissus. Quod si secus factum fuerit , etiam consentiente Priore Provinciali , receptio & professio nulla sit ipso facto : Præsidibusque Cœnobiorum , qui etiam consentiente Priore Provinciali receperint , aut ad professionem tales admiserint , nec non ipsis Provincialibus , qui eam licentiam dare præsumpserint , pœnam absolutionis ab officio , privationisque vocis activæ & passivæ , ipso facto incurrendam , constituit.

12 Sub eisdem etiam pœnis interdicit eisdem Provinciæ , atque Cœnobiorum Præsidibus , ne quemquam in alio quovis ordine professum ad habitum Ordinis nostri recipient sine speciali , & expressa licentia Magistri Ordinis ; quod ita ordinatum est in Cap. Gener. Romæ 1615. celebrato ordinat. 10. ac rursus , sub eadem simul pœna , inhibet idem Reverendissimus ne semel recepti ad habitum conversorum , seu in eo habi-

tu professi ad clericalem transire , aut transferri possint absque speciali licentia Mag. Ord. sicut fuit ordinatum , vel potius confirmatum in Cap. Gener. Paris. ann. 1611. conf. 16. nullumque , & irritum , ipso facto , declarat , & pronuntiat quod secus fieri contigerit , etiam accedente Prioris Provincialis consensu , vel alia quavis dispensatione , licentia , vel indulto , quod ab ipso recognitum non fuerit , nec obstante quacumque consuetudine , facultate , privilegio , cæterisque contrariis quibuscumque. Et tandem , simili modo , sub eisdemque poenis , sibi ipsi , suisque successoribus privative reservat facultatem recognoscendi , & exequendi dispensationes , seu indulta quævis à quacumque extra Ordinem potestate super præmissis concessa , vel concedenda : atque his sequentem monitionem adjungit: Universim autem meminerint Provinciæ ac Cœnobiorum Præsides receptionum , ac professionum , atque adeo mutationum etiam status , & habitus universum negotium ab unius Magistri Ordinis , cuius tantum nomine , omnium solemnes profesiones fiunt , auctoritate ordinaria immediate pendere , atque ab ipso Magistro in cæteros Ordinis Superiores , non tamquam ordinarios quidem , sed ut Vicarios dumtaxat , derivari , ac propterea jure ipso nullam omnino , atque irritam esse receptionem quamlibet , professionem , mutationemve status factam contra ipsius Mag. Ordinis Decreta , nixamque legibus voluntatem.

13 Item admonemus id quod in novissimo Gener. Cap. conf. 8. statuitur , scilicet: Ne fratres conversi sine speciali Mag. Ordinis dispensatione admittantur ad annum probationis , vel Novitiatum ; nisi prius saltem per biennium Tertiarii fuerint , sub poena nullitatis receptionis , & probationis. Admonetque N. Reverendissimus in citat. conf. Cap. interm. 1763. num. 30. ne Tertiarii vestem induant sine consensu PP. à consiliis , supperaddito majoris partis Cap. assensu : Quam admoni-

nitionem edicit esse intelligendam ad normam conf. 3.
pro bono regimine, & 2. pro Provincia Hispaniae com-
memorati postremi Capituli. Item admonemus quod in
inchat. 14. Cap. Gener. Rom. 1656. statuitur : ut tam
Tertiarii , quam Fratres conversi quotannis , ac non so-
lum ultimo suæ probationis anno examinentur de mo-
ribus , doctrina christiana , profectu , & spiritu Reli-
gionis ; ut si tempestive deprehendantur Ordini inuti-
les , tempestive quoque ad sæculum remittantur : simi-
literque ne Præsides Cœnobiorum , atque Locorum
omittant præficere Fratribus conversis peculiarem
Magistrum , qui solus ordinarie ipsorum confessiones
excipiat ; idemque in mores , & actiones ipsorum in-
vigilet , excessus corrigat , doctrinamque christianam
opportunis horis eis exponat , ad spiritum Religionis
indefesse formet , atque erudiat : ut decernitur in ad-
monit. 7. ejusdem Cap. Gener. & innovatur in poste-
mo Romano. Circa quorum omnium observantiam R.
adm. P. N. Prior Provincialis diligenter inquirat , &
strictissime observari satagat.

— 14 Admonemus in Cap. Gener. Rom. 1694. admo-
nit. 5. & 6. commissum esse Prioribus Provincialibus,
ut in visitatione Conventuum Graduatos , & Magis-
tros etiam in Theologia , & alios viros scientia pollen-
tes ad sanctissimum ministerium excipiendi sacramen-
tales confessiones à Christo in salutem animarum ins-
titutum compellat. Et similiter quos ex Fratribus nos-
tris repererint , qui peracto Cursus Theologici studio,
quique alias litteris , & moribus idonei sunt ad con-
fessiones sæcularium audiendas , & se examini expone-
re recusantes , illos ad id subeundum pœnis , etiam , si
opus fuerit , animadvertant.

— 15 Item admonemus in noviss. Cap. Gener. Rom.
ordin. 6. *pro rerum temporalium Procuratione* sancitum
esse , ut Ministri omnes Cœnobiorum , priusquam sua
ministeria dimittant , severam , accuratamque præteri-
tæ

tæ administrationis rationem reddant, atque legale inventarium rerum omnium ad officia, quæ exercuerunt, pertinentium exhibeant: cuius Inventarii duo volumus fieri exemplaria, quorum alterum in arca depositi servetur, alterum iis, qui in eodem officio succedunt, tradatur; ut absoluto ab eisdem officio, compertum facile fieri possit, quid in rebus singulis commissis desit, quid auctum fuerit, quamque rite, & utiliter unusquisque munus suum expleverit: Admonemus etiam ordinationes 1. & 2. ejusdem Rom. Capit. ita habere: innovantes quæ sœpissime sapientissimeque à legibus nostris constituta sunt, ne Piores res temporales Cœnobiorum per semetipsos administrent, præcipimus, & mandamus nihil mutuum, sive illud magni, sive parvi momenti sit, absque consilio PP. Cœnobii, cuius Piores sunt, accipere possint, sub poena absolutionis ab officio, aliisque arbitrio Mag. Ordinis. Quin etiam ut rei familiari Cœnobiorum provide consulamus; ordinamus, & præcipimus, ut Piores conventuales, antequam Prioris expleant munus, Priori Provinciali, & per eum deinde Diffinitorio Provinciæ summa fide significant statum Cœnobii, cui præfuerint; aperiantque mutuum, si quod acceperunt, qua de causa, & qua ratione suscepserint; necnon debita omnia, si quæ contracta fuerint, manifestent. Quod si in his deliquisse reperiantur, præterquamquod ad damna solutione resarcienda tenebuntur, inhabiles perpetuo erunt, ut in Piores elegantur.

16 Insuper admonemus in Capit. Gener. Avenion. 1561. ordinat. 4. & Bonon. 1564. ordinat. 8. præceptum esse Prioribus Provincialibus, Vicariis, Prioribus, seu Præsidibus Conventuum tam Fratrum, quam Sororum, ne permittant quod fratres in Conventibus nostris, sive Sorores in Monasteriis Comoedias seu Repræsentationes cujuscumque generis faciant, etiam habitu ordinis non dimisso; oppositum facientes à Superioribus

in poenam à suis officiis absolvantur.

17 Denique, Moniales omnes, necnon Beatas curæ nostræ subjectas admonemus, & hortamur, ut saluberrimas ordinationes Reverendissimi P. N. Mag. Generum generales, & omnibus Monialium, & Beatarum cœnobiis communes, tum particulares unicuique à sua Reverendissima Paternitate missas adamussim adimplent; quod tam faciliter, quam fructuose assequuntur, si fini tantum propriæ professionis intenderint, & observantiaæ Regulæ, & Constit. ad quas per religiosam professionem se obstrinxerunt. Et ne ignorantiae, aut contrariae consuetudinis informem falsamque excusationem prætendere possint; ipsas iterum admonemus verbis Capit. Valentini 1596. admonit. 6. quod tenentur ad observantiam eorum, quæ in suis constitutionibus continentur, quæ si libera voluntate, & ex prava consuetudine prætermittant, conscientiam propriam lœdunt, & graves poenas incurront. Quare obligationi suæ satisfactiæ diligentiores sint in eisdem observandis, quam hactenus fuerunt. Si vero occurrat ex aliqua gravi causa, vel legitimo impedimento non posse aliquod Monasterium omnia adamussim servare, quæ pro illis sunt ordinata, ad Reverendissimum P. Magistrum Generalem recurrent, causas, & impedimenta proponendo, ut mature consulatur, quid factò opus sit. Parique modo eas admonemus Reverendissimum P. Nostrum Magistrum Generalem in epist. confirmat. Actorum Cap. Provincialis 1764. num. 16. super receptione puellarum ad habitum ordinis ante annum quintumdecimum ætatis completum, declarasse quæ ad litteram sequuntur, quæque litteraliter eas observare in visceribus Sponsi sui vehementer iterum atque iterum hortamur. Declaramus, inquit, nos habere tamquam nullas, & irritas receptiones omnes quarumcumque puellarum ad habitum ordinis, si quæ contingerint à die præfatarum litterarum ante hujusmodi præfinitam ætatem;

id

id quod generaliter dicimus de quibuscumque puellis
receptis ad habitum , quæ ante commemorata decreta
nostra professionem non emiserint , quæque receptæ
quovis tempore fuerint , etiam præcedenter ad dictas
ordinationes nostras , ante duodecimum ætatis annum
completum :: Quæ omnia , sicut quæ in eadem epis-
tola num. 17. decreta sunt circa receptionem puellarum
in Monialium Monasteriis , educationis gratia , ipsis
in memoriam revocamus : Monentes earum Vicarios,
aut confessarios teneri ipsa , aliaque , ut diximus , ad
Moniales qualitercumque pertinentia vulgari lingua tra-
ducere : eosdemque , & alios prædictis Monialium Mo-
nasteriis assistentes , obstrictos esse , juxta declaratio-
nen Reverendissimi in laudata epistola , duas Missas
in qualibet hebdomada celebrare . pro obligationibus
Conventus . Atque insuper admonemus ipsos Prioribus
Conventualibus esse subjectos ; & R. adm. P. N. Priori
Provinciali rationem eorum quæ ad usum debere ra-
tionem reddere ; nec sine ejus licentia aliquid recipe-
re , vel expendere licitum eis esse . Et hæc admonuisse
sufficiat . Nunc jam ad institutiones Suppriorum , &
aliorum in Deffinitorio Capituli Provincialis secundum
leges nostras designandorum procedimus .

INSTITUTIONES SUPPRIORUM
*ad biennium tantum duraturæ à die suæ
 institutionis, vel prorogationis.*

- I**nstituimus in Supprioem Conventus.....
 S. Crucis Reg. Segoviensis R. P. Fr. Franciscum Loren-
 zo : ex Conventu de la Vera.
 S. Pauli Palentini R. P. Fr. Petrum Viella : ex eod. Conv.
 S. Dominici Zamor. R. P. Fr. Josephum Recalde : ex
 eod. Conventu.
 S. Petri Martyris Reg. Tolet. R. P. Fr. Joannem Roxo:
 ex eod. Conventu.
 S. Pauli Burg. R. P. Fr. Joannem Gonzalez: prorogatum.
 S. Jacobi Pampil. R. P. Fr. Franciscum Romero : ex
 eod. Conv.
 S. Dominici Legionensis R. P. Fr. Thomam del Campo:
 ex eod. Conv.
 S. Dominici Civitat. R. P. Fr. Petrum Gonzalez : pro-
 rogatum.
 S. Dominici de Estella R. P. Fr. Simonem Goyzueta: ex
 eod. Conv.
 S. Dominici Benavent. R. P. Fr. Jacobum Esteban : ex
 eod. Conv.
 S. Dominici Victoriens R. P. Fr. Dominicum Juarrero:
 usque ad præs. Prior.
 S. Ildephonsi Reg. Taur. R. P. Fr. Joseph. Moran : ex
 eod. Conv.
 Ss. Joannis , & Pauli de Peñafiel R. P. Fr. Matthæum
 Prieto : ex eod. Conv.
 S. Dominici de Piedrahita R. P. Fr. Thomam Gonza-
 lez : ex eod. Conv.
 S. Dominici de Sanhuesa R. P. Fr. Franciscum Oñate:
 ex eod. Conv.
 S. Andreæ Methymnensis R. P. Fr. Ildephonsum Ureña:
 ex eod. Conv.

- S. Mariæ Reg. de Nieva R. P. Fr. Thomam Nuñez : ex eod. Conv.
- S. Dominici de Villalon R. P. Fr. Ferdinandum Antoni prorogat.
- S. Dominici de Huete R. P. Fr. Ildephonsum Sanchez: prorogat.
- Ss. Rossarii de Mayorga R. P. Fr. Thomam Pinto : ex eod. Conv.
- Dominæ Nostræ de Valbuena de Logroño R. P. Fr. Didacum Castañeda : ex eod. Conv.
- S. Dominici de Valencia de D. Juan R. P. Fr. Petrum Alonso : ex eod. Conv.
- Ss. Rosarii de Tordesillas R. P. Fr. Joann. Temprano: ex eod. Conv.
- Dominæ Nostræ de Roxas R.P.Fr. Emmanuelem Cueto: ex eod. Conv.
- Dominæ Nostræ de la Peña de Francia R. P. Fr. Joseph Andrade : ex Conv. Salmant.
- S. Petri Dominarum R. P. Fr. Albertum Doctorelo : ex eodem Conv.
- S. Spiritus de Palacios R. P. Fr. Dominicum de S. Maria ex Conv. Asturicensi.
- Incarnationis Castri-Julii R. P. Fr. Franciscum Perez: ex eod. Conv.
- S. Catharinæ Martyris de Cisneros R. P. Fr. Emmanuel de la Huelga : ex eod. Conv.
- S. Vincentii Placent. R. P. Fr. Sebastianum Ramos: prorogat.
- S. Dictini Asturic. R. P. Fr. Jacobum de Leon: ex eod. Conv.
- S. Thomæ Reg. Abulens. R. P. Fr. Nicolaum Manso, Prædic. generalem : ex eod. Conv.
- S. Joannis Later. Sanfelices R. P. Fr. Gabrielem Martin: ex eod. Conv.
- Pietatis de Villada R. P. Fr. Celedonium Martinez : ex eod. Conv.

Sanct.

- Sanet. Catharinæ de la Vera R. P. Fr. Vincentium Sanchez : prorogat.
- S. Crucis de Carboneras R. P. Fr. Mathiam Montoya: ex eod. Conv.
- S. Dominici de Guadalaxara R. P. Fr. Franciscum Requiero : usque ad præs. Prioris.
- Ss. Rosarii de Tudela R. P. Fr. Didacum Ximenez : ex eod. Conv.
- S. Mariæ de Mombeltran R. P. Fr. Petrum Rodriguez de Miranda : ex eod. Conv.
- S. Mariae Reg. de Trianos R. P. Fr. Cyprianum Novoa: ex eod. Conv.
- S. Dominici Ovetens. R. P. Fr. Antonium Gomez: ex eod. Conv.
- S. Gynesii Talabric. R. P. Fr. Nicolaum Escobedo : ex eod. Conv.
- S. Dominici de Caceres R. P. Fr. Antonium Lozano: ex eod. Conv.
- S. Mariæ Reg. de Atocha R. P. Ex-Lect. Fr. Joseph Bravo : ex eod. Conv.
- S. Dominici de Ocaña R. P. Fr. Augustinum Gayoso: usque ad præs. Prioris.
- S. Pauli Conchens. R. P. Fr. Joannem Medina : prorogat.
- Fontis S. de Galisteo R. P. Fr. Joannem Marcos : ex Conv. Placent.
- S. Dominici de Carrion R. P. Fr. Franciscum Fernandez : ex eod. Conv.
- Matris Dei de Hita R. P. Fr. Thomam Rodriguez : ex eod. Conv.
- S. Thelmi de S. Sebastian R. P. Fr. Joannem Mier : prorogat. ex indulto Reverendissimi.
- S. Crucis de Villaescusa R. P. Fr. Christophorum Rada: ex eod. Conv.
- S. Spiritus de Aranda R. P. Fr. Emmanuel Carmona: ex eod. Conv.

- S. Petri Martyris de Rioseco R. P. Fr. Hyacinthum Crespo : ex eod. Conv.
- S. Pauli de las Navas R. P. Fr. Joseph Aguado, Ex-Lect. ex eod. Conv.
- S. Dominici de Soria R. P. Fr. Petrum Villaalta : ex eod. Conv.
- S. Isidori de Villalpando R. P. Fr. Vincentium Carrasco: ex eod. Conv.
- S. Andreæ Emerit. R. Pr. Fr. Franciscum Vicioso : ex eod. Conv.
- Mariæ à Jesu de Tabara R. P. Fr. Petrum Medina, Ex-Lect. usque ad præs. Prioris.
- S. Thomæ Matritensis R. P. Fr. Christophorum Fernandez : ex eod. Conv.
- S. Antonini de Yeps R. P. Fr. Emmanuel Diaz : ex eod. Conv.
- S. Dominici de Azpeytia R. P. Fr. Joannem de Zarate. Reginæ Cœli de Santillana R. P. Fr. Gasparem Bustamante : ex eod. Conv.
- S. Hyacinthi de Madridejos R. P. Fr. Victorianum Vazquez : ex Conv. de Yeps.
- S. Raymundi de Potes R. P. Fr. Joseph de la Mora: prorogat.
- Ss. Rosarii Matrit. R. P. Fr. Cajetanum Valdés : prorogat.
- S. Blasii de Cifuentes R. P. Fr. Nicolaum de Mendoza. Passionis Matrit. R. P. Fr. Petrum Trapiella : prorogat.

PRO CONVENTIBUS REGNI
Galleciae provideat R. P. Magister , Vi-
carius Regni , ad biennium tantum.

INSTITUTIONES VICARIORUM.

- I**nstituimus in Vicarium
 Regni Galleciae cum omnibus gratiis , & privilegiis à
 nostris Constitutionibus concessis , & expressis , R.
 P. Fr. Antonium Sanchez Mag. & Priorem Conven-
 tus S. Dominici Lucensis.
 Matris Dei Complutensis titulo Prioris R. P. Fr. Joseph
 Fernandez de S. Ana , Præsent.
 Jesu Mariæ de Valverde , tit. Prioris , R. P. Fr. Thomam
 de la Matta , Mag.
 Incarnationis de Vilbao , tit. Prioris , R. P. Fr. Joseph de
 S. Maria , Ex-Lect. Theologiae.
 Dominæ Nostræ de las Caldas , tit. Prioris , R. P. Fr. Hie-
 ronymum Jordan , Mag.
 S. Ildephonsi de Ajo , tit. Prioris , R. P. Fr. Ildephon-
 sum Chaves , Præsent.
 S. Petri Dominarum , tit. Prioris , R. P. Fr. Joannem
 Bustamante , Ex-Lect.
 S. Annæ de Belbis R. P. Fr. Joseph Retortillo , Prædic.
 generalem.
 S. Benedicti de Orellana R. P. Fr. Franciscum Sanchez,
 Ex-Lect.
 Incarnationis de Cangas de Tineo R. P. Fr. Joseph Mu-
 ñiz. In Lect. Artium P. Fr. Augustinum Uria.
 Matris Dei de Olmedo R. P. Fr. Antonium de la Fuen-
 te , Prædic. generalem.
 S. Crucis de Aldeanueva R. P. Fr. Gabrielem Calderon,
 Præsent.
 Pietatis de Bejar R. P. Fr. Antonium Sanchez , Præsent.

Con-

*Confessores, & Procuratores Monialium ad
biennium tantum à die suæ Institutionis,
seu Prorogationis: & Parochi.*

Instituimus in Confessores Conventus Monialium....
S. Dominici Regalis Matriensis RR. PP. Fr. Sebastianum Rodriguez: Præsent. Fr. Alexandrum Ruiz, Ex-Lect.: & Fr. Thomam Mena. In Procuratores, Fr. Emmanuel Gómez, Prædic. generalem: & Fr. Gabrielem Mayo: ex eod. Conv.

S. Catharinæ ejusdem Villæ R. P. Fr. Emmanuel Fernandez, Ex-Lect. Theologiæ, ex Conv. de Triannos: & P. Fr. Augustinum Martin: ex eod. Conv. In Procurat. P. Fr. Petrum Perez: ex eod. Conv.

S. Dominici Reg. Tolet. R. P. Fr. Vincentium Moreno, Ex-Lect.: & P. Fr.

Jesu Mariæ ejusdem Civitat. P. Fr. Petrum Gonzalez: ex eod. Conv. Et in Procurat. P. Fr. Joseph Sainz: prorogatum à N. Reverendissimo.

S. Spiritus Reg. Taur. R. P. Fr. Thomam Gomez de Valbuena, Præsent. : ex eod. Conv. In Procurat. P. Fr. Petrum Barreda: ex Conv. de Santillana.

S. Catharinæ ejusdem Urbis R. P. Fr. Joannem Martas, Præsent. ex Conv. S. Ildephonsi. In Procurat. P. Fr. Gregorium Perez: ex eod. Conv.

Matris Dei Tolet. P. Fr. Joseph Montes, Ex-Lect.: ex Conv. S. Thomæ Matri. In Procurat. P. Fr. Petrum Garcia: ex eod. Conv.

Sanctæ Crucis de Aldeanueva P. Fr. Marcum Quevedo. In Parochum, P. Fr. Franciscum Gonzalez, Ex-Lect. & in Procurat. P. Fr. Petrum Gonzalez: ex eod. Conv.

Pietatis Palentini R. P. Fr. Joseph Rumoroso, Prædic. generalem: ex Conv. S. Pauli ejusdem Urbis. In Procurat. P. Fr. Joseph Quixano: ex indulto Reverendissimi.

- S. Mariae Reg. de Mazote , in Vicarium , & Confessorem P. Fr. Didacum Colmenero ; Ex-Lect. Et in Procurat. P. Fr. Dionysium Saenz , ex Conv. S. Pauli Palentino.
- Pietatis de Casa-la-Reyna , in Vicarium , & Conf. R. P. Fr. Gundisalvum Sanchez Giron , Prædic. generalem. In Procurat. P. Fr. Ildephonsum Sainz : ex eod. Conv. prorogat. à N. Reverendissimo.
- Dominarum Zamorensis P. Fr. Jacobum Moreno : ex Conv. Zamor. In Procurat. P. Fr. Emmanuel Anton : ex Conv. Asturic.
- S. Dominici Regalis Segoviensis P. Fr. Petrum Rocabado , Ex-Lect. In Procurat. P. Fr. Joseph à S. Thoma: ex eod. Conv.
- S. Jacobi Zamorensis P. Fr. Antonium Calonge ; ex Conv. S. Dominici ejusd. Civit.
- Rosarii de Villamayor , in Conf. & Procurat. P. Fr. Joann. Castillo : prorogatum à N. Reverendissimo.
- S. Spiritus Benavent. R. P. Fr. Blasium Herrero Præsent. ex Conv. ejusdem Villæ. In Procurat. P. Fr. Michael Lamas : ex Conv. de Mazote.
- S. Catharinæ de Belmonte R. P. Fr. Joseph Xaverium Martinez , Prædic. generalem : ex Conv. de Carbonearas. In Procurat. P. Fr. Martinum Davila , prorogatum à N. Reverendissimo.
- S. Blasii de Lerma , in Vicarium , & Conf. P. Fr. Franciscum Sanchez , Ex-Lect. : ex Conv. S. Thomæ Abul. In Procurat. P. Fr. Didacum de Cantabrana : Ex-Lect. prorogatum à N. Reverendissimo. In Procurat. de Gargoles , P. Fr. Josephum Garcia , similiter à N. Reverendissimo prorogatum.
- S. Catharinæ Abulensis P. Fr. Ludovicum Bezerril , ex Conv. R. S. Thomæ. In Procurat. P. Fr. Petrum Medina , Ex-Lect. , ex Conv. de Tabara.
- Incarnationis de Vilbao , in Procurat. P. Fr. Dominicum Perez , prorogat. à N. Reverendissimo.

- S. Dominici de Lequeytio , in Conf. & Procurat. P. Fr. Sebastianum Urrizar , Ex-Lect. à N. Reverendissimo prorogat.
- S. Annæ del Horrio in Conf. & Procurat. P. Fr. Joseph Albizua , Ex-Lect. : ex indult. Reverendissimo prorogat. In Lect. Grammaticæ ejusd. Villæ P. Fr. Joseph Alzibar , Ex-Lect. ex eod. Conv.
- S. Michaelis Castri-Julii P. Fr. Hieronymum Contreras , Mag. Studentium in Conv. Incarnationis. In Procurat. P. Fr. Christophorum Romero.
- S. Joann. Baptistæ de Quexana , in Parochum R. P. Fr. Petrum de la Lastra Præsent. ex indult. Reverendissimi prorogat. In Conf. R. P. Fr. Emmanuel de la Matta , Prædic. generalem. In Procurat. P. Fr. Bernardinum Gonzalez , Ex-Lect. similiter prorogatum.
- S. Mariæ Reg. Methymnensis in Conf. R. P. Fr. Vincentium Calvo , Prædic. generalem, ex Conv. de Villalpando. In Proc. P. Fr. Joannem Atienzar , ex Conv. Methymn.
- S. Crucis de Victoria R. P. Fr. Marcum de la Llave , Prædic. generalem , ex Conv. S. Dominici ejusd. Urbis.
- S. Ildephonsi de Santillana , in Conf. & Proc. P. Fr. Andream Campuzano , ex Conv. Salmant.
- S. Catharinæ de Ocaña , in Conf. & Proc. P. Fr. Didacum Felicem Parra , Ex-Prædic. ex eod. Conv.
- S. Petri Martyris de Mayorga , P. Fr. Joannem Peña , Ex-Lect. : ex Conv. ejusd. Villæ. In Procurat. P. Fr. Joseph. Delgado , ex Conv. Benav.
- S. Catharinæ Vallis-Olet. P. Fr. Joannem Roman. In Procurat. P. Fr. Antonium Giraldo , ex Conv. de Villalon.
- Ss. Rosarii de Tudela P. Fr. In Procurat. P. Fr. Joseph Pablo prorogat.
- Dominarum Salmant. R. P. Fr. Joann. Cenjor , Præsent. ex Conv. S. Steph.
- Incarnationis Placent. P. Fr. Sebastianum Ramos. In Procurat. P. Fr. Joseph Piqueras , ex Conv. Placent.

- S. Catharinæ Complutensis P. Fr. In
Procurat. P. Fr. Joseph Buitrago , prorogat. indult.
N. Reverendissimi.
- Portæ Cœli Vallis-Olet. P. Fr. Joannem Polanco , ex
Conv. S. Pauli.
- Matris Dei ejusdem Urbis P. Fr. Joannem Temprano , ex
Conv. de Tordesill.
- S. Philippi ejusdem Civit. P. Fr. Joachim Colino , ex
Conv. D. Pauli.
- Approbationis ejus Urbis , P. Fr. Emmanuelem Fernandez , ex Conv. D. Pauli.
- Visitationis Methymnensis P. Fr. Emmanuelem de S. Maria , ex Conv. S. Andreæ.
- In Conventibus Regni Galleciæ provideat R. P. Mag.
Vicarius Regni , ad biennium tantum.

Lectores casuum Conscientiæ.

- I nstituimus in Lectorem Casuum Conscientiæ Con-
ventus
- S. Dominici Civitatensis P. Fr. Carolum Grao , Ex-Lect.
ex eod. Conv.
- S. Dominici de Estella P. Fr. Emmanuelem Ximenez , Ex-
Lect. , ex eod. Conv.
- S. Dominici Benavent. R. P. Fr. Josephum Diez , Ex
Mag. Studentium Collegii D. Gregorii Vallis-Olet.
ex eod. Conv.
- S. Dominici de Rivadavia P. Fr. Antonium de S. Rosa,
& in Lect. Grammaticæ P. Fr. Dominicum Portela,
ex eod. Conv.
- Ss. Joann. & Pauli de Peñafiel P. Fr. Joseph Dominguez ,
Ex-Lect. : ex eod. Conv.
- S. Dominici de Tuy P. Fr. Joseph Fernandez , ex eod.
Conv.
- S. Dominici de Pontevedra P. Fr. Dominicum Martinez ,
ex eod. Conv.

- S. Dominici de Sanhuesa R. P. Fr. Petrum Olaizola, Ex-Lect. & Prædic. generalem, ex Conv. de Soria.
- S. Andreae Methymnen. P. Fr. Emmanuel Aguado, Ex-Lect. ex eod. Conv.
- S. Dominici de Vivero P. Fr. Joseph de Taboada, ex eod. Conv.
- S. Dominici de Villalon P. Fr. Antonium Sarracin, Ex-Lect., ex eod. Conv.
- S. Dominici de Huete P. Fr. Julianum Fernandez, Ex-Lect., ex eod. Conv.
- Ss. Rosarii de Majorga P. Fr. Joannem Peña, ex eod. Conv.
- Dominæ Nostræ de Valbuena de Logroño P. Fr. Joann. Breton, Ex-Lect., ex eod. Conv.
- S. Dominici de Valencia de D. Juan P. Fr. Franciscum Cajuso, ex eod. Conv.
- Ss. Rosarii de Tordesillas P. Fr. Hyacinthum Gonzalez, Ex-Lect., ex eod. Conv.
- Dominæ Nostræ de la Peña de Francia P. Fr. Bartholomæum de S. Maria, ex eod. Conv.
- Dominæ Nostræ de Roxas P. Fr. Antonium Gala, Ex-Lect., ex eod. Conv.
- S. Spiritus de Palacios P. Fr. Antonium Garcia, Ex-Lect. ex eod. Conv.
- S. Catharinæ de Cisneros P. Fr. Antonium Ortiz, Ex-Lect., ex eod. Conv.
- S. Dictini de Astorga P. Fr. Joannem Sanson, Ex-Lect. ex eod. Conv.
- S. Joannis Lateranensis de S. Felices P. Fr. Franciscum Herrero, Ex-Lect., ex eod. Conv.
- Pietatis de Villada P. Fr. Ildephonsum Evia, Ex-Lect. ex eod. Conv.
- S. Catharinæ de la Vera P. Fr. Marcum Herrero, ex eod. Conv.
- S. Dominici de Guadalaxara P. Fr. Joseph Dorado, Ex-Lect., ex eod. Conv.

- Ss. Rosarii de Tudela P. Fr. de S.
Rosa, Ex-Lect., ex eod. Conv.
- Dominæ Nostræ de la Torre de Mombeltræ P. Fr. Fran-
ciscum Rodriguez, Ex-Lect., ex eod. Conv.
- S. Dominici de Caceres P. Fr. Mathiam Sanchez, Ex-
Lect., ex eod. Conv.
- S. Dominici de Ocaña P. Fr. Dominicum Borrega, Ex-
Lect., ex eod. Conv.
- Dominæ Nostræ Fontis-Sancti de Galisteo P. Fr. Felí-
cem Bermejo, Ex-Lect., ex Conv. de la Peña de
Francia.
- S. Dominici de Carrion P. Fr. Philippum de la Cuesta,
Ex-Lect., ex eod. Conv.
- Matris Dei de Hita P. Fr. Franciscum Reyes, ex Conv.
de Nieva.
- S. Thelmi de S. Sebastian P. Fr. Antonium Salinas, Ex-
Lect., ex eod. Conv.
- S. Crucis de Villaescusa P. Fr.
- S. Spiritus de Aranda P. Fr. Ildephonsum Gomez, Ex-
Lect., ex eod. Conv.
- S. Pauli de las Navas P. Fr. Josephum Aguado, Ex-
Lect., ex eod Conv.
- S. Dominici de Betanzos, in Lect. Theologiae P. Fr. Pas-
chalem Lorènzo, ex eod. Conv. & in Lect. Artium
P. Fr. Franciscum Estevez, ex eod. Conv.
- S. Dominici de Soria P. Fr. Antonium Lopez, Ex-Lect.
ex Conv. Segov.
- S. Isidori de Villalpando P. Fr. Emmanuel Lozano,
ex eod. Conv.
- S. Hyacinthi de Monfort, in Lectorem Theologiae P.
Fr. Joann. Grande, Ex-Lect., ex eod. Conv.
- S. Antonini de Yepes P. Fr. Antonium Varela, ex Conv.
Vallis-Olet.
- S. Dominici de Azpeytia P. Fr. Didaicum Ibarrola, ex
eod. Conv.

- S. Hyacinthi de Madridejos P. Fr. Joannem Sanchez,
Ex-Lect., ex eod. Conv.
S. Raymundi de Potes P. Fr. Salvatorem Dominguez, ex
eod. Conv.
Rosarii Matritensis P. Fr. Joannem Sanchez, Ex-Lect.
ex eod. Conv.
S. Blasii de Cifuentes P. Fr. Emmanuel Echeverria,
Ex-Lect. ex eod. Conv.
Ss. Rosarii de Orense P. Fr. Franciscum Gomez, ex
eod. Conv.
Passionis Matritensis P. Fr. Emmanuel Martínez, ex
eod. Conv.
S. Dominici de S. Martha P. Fr. Gundisalvum Duran,
Ex-Lect., ex eod. Conv.

DESIGNATIONES

PRÆDICATORUM GENERALIUM.

- D**esignamus Prædicatorem Generalem Conventui....
Segoviensi R. P. Fr. Josephum Alesson, ex eod. Conv.
Palentino R. P. Fr. Joannem Arroyo, ex Conv. de Villada.
Zamorensi R. P. Fr. Ferdinandum Garcia, ex Conv. de
Soria.
Compostellano R. P. Fr. Franciscum Yañez, ex eod.
Conv.
Toletano R. P. Fr. Franciscum Xaverium Sanchez, ex
eod. Conv.
Burgensi R. P. Fr. Martinum Navarrete, ex Methymnen.
Salmantino R. P. Fr. Petrum Saenz, ex eod. Conv.
Pampilonensi R. P. Fr. Antonium Mazias, ex Vallis-Olet.
Legionensi R. P. Fr. Nicolaum del Palacio, ex Asturic.
De Estella R. P. Fr. Paschalem de Larrainzar, ex eod.
Conv.
Vallis-Oletano R. P. Fr. Joseph Trabadelo, ex eod. Conv.
Be-

- Benaventano R. P. Fr. Emmanuelem Matta, ex eod.
Conv.
- Victoriensi R. P. Fr. Antonium Salagurren, ex eod. Conv.
- Taurensi R. P. Fr. Joannem Martas, ex eod. Conv.
- De Rivadavia R. P. Fr. Emmanuelem Santos, ex Vallis-Olet.
- De Peñafiel R. P. Fr. Franciscum Xaverium Muñoz, ex eod. Conv.
- Methymnensi R. P. Fr. Thomam Sanchez, ex Legionensi.
- Sanctæ Mariæ de Nieva R. P. Fr. Petrum de la Lastra, ex eod. Conv.
- S. Dominici de Huete R. P. Fr. Dominicum Gascon, ex Conv. de Estella.
- Dominæ Nostræ de Valbuena de Logroño. R. P. Fr. Joannem Arias, ex Vallis-Olet.
- Dominæ Nostræ de la Peña de Francia R. P. Fr. Nicolaum Manso, ex eod. Conv.
- Incarnationis Castri-Julii R. P. Fr. Emmanuelem Navarro, ex eod. Conv.
- Placentino R. P. Fr. Joseph Retortillo, ex eod. Conv.
- Asturicensi R. P. Fr. Franciscum Barrientos, ex Burgensi.
- S. Mariæ de Trianos R. P. Fr. Emmanuelem Zorraquin, ex eod. Conv.
- Ovetensi R. P. Fr. Sebastianum Pañeda, ex eod. Conv.
- Talabrigensi R. P. Fr. Franciscum Escobedo, ex eod. Conv.
- Cacerensi R. P. Fr. Joannem de Francia, ex eod. Conv.
- Dominæ Nostræ de Atocha R. P. Fr. Joannem Gomez, ex eod. Conv.
- De Ocaña R. P. Fr. Ferdinandum Zurita, ex eod. Conv.
- Conchensi R. P. Fr. Joseph Crespo, ex eod. Conv.
- S. Thelmi de S. Sebastian R. P. Fr. Bartholomæum Quintana, ex eod. Conv.
- Sanctæ Crucis de Villaescusa R. P. Fr. Thomam Gomez

- mez de Valbuena , ex eod. Conv.
Matris Dei Complutensis R. P. Fr. Stephanum Pastor,
ex eod.
S. Dominici de Soria R. P. Fr. Petrum Olaizola , ex Pam-
pilonensi.
Emeritensi R. P. Fr. Vincentium Calvo , ex eod. Conv.
S. Thomæ Matrit. R. P. Fr. Ildephonsum Iniesta , ex
Conv. de Logroño.
S. Antonini de Yépes R. P. Fr. Petrum Novillo, ex Conv.
de Huete.
S. Dominici de Lerma R. P. Fr. Franciscum Carmona,
ex eod. Conv.
Sancti Blasii de Cifuentes R. P. Fr. Gundisalvum San-
chez , ex eod. Conv.

Ad Missiones autem prædicandas designamus & ins-
tituimus RR. PP. Fr. Dominicum Regalado , Ex-Lect.
Theologiæ: Fr. Ildephonsum Chaves , Præsent. Fr. Joannem Antonium Gonzalez: Fr. Joannem Arroyo , Prædicat. generalem : Fr. Paschalem Larrainzar , Prædic. ge-
neralem : Fr. Martinum Navarrete , Prædic. generalem.
Fr. Joseph Xaverium Martinez , Prædicat. gener. Fr. Emmanuelem Gomez , Ex-Prædic. Fr. Joannem Rato:
Ex-Lect. Fr. Augustinum Zurita , Ex-Lect. Fr. Joann. Moreno , Ex-Lect. Fr. Franciscum Dominguez , Prædic.
generalem. Et tandem , singulari animi gratitudine , de-
signamus , & instituimus R. P. Fr. Martinum Larrayoz,
Lect. Theologiæ in Missionarium pro Dioecesi Pam-
pilonensi , ad petitionem ejus Illustrissimi Episcopi ; no-
bis significantis magni se habiturum hujusce Operarii
pro vinea Episcopatus sui designationem ; asseverantis-
que , secundum spem , & expectationem suam , multum
prædicationis illius fructum spiritualem in ea esse fu-
turu. A qua spe & Nos ipsi non longe sumus ; scimus
enim talem R. P. Fr. nostrum doctrina sana esse instruc-
tum , Theologiamque scholasticam octo annis ex offi-
cio cum laude docuisse , ac Verbi Dei prædicationi esse

aptum , & addictum ex animo. Eum tamen , & omnes huic sancto Missionum obeundarum muneri designatos monemus teneri se in eo exercere sex , vel quinque ad minus mensibus , singulis annis ; ut ordinatum est in Cap. Provinciali intermedio ann. 1755. annuente etiam Reverendissimo P. N. Mag. Generali , ut refertur in denuntiat. 4. prædicti Cap. nec aliter posse partem , quam ipsis defuerit temporis præscripti Lectoribus Theologiae , & Prædicatoribus similiter , satisfacere , ex plereque decennium Lectionis , vel Prædicationis annum 16.

Et quia relata ibidem Reverendissimi Mag. Ordin. gratiosa voluntas concedit etiam ipsam eandem temporis computationem Prædicatoribus illis , qui post novem annos proprii actualis officii , Missionibus agendis fuerint à RR. adm. Patribus Diffinitoribus Capit. Provincialium designati ; persuasum nobis est eos illa Reverendissimi concessione usos fuisse , dum acceptavére Prædicaturam Generalem , & postularunt Præsentaturam titulo Prædicationis pro R. P. Fr. Ferdinando Garcia ; qui , post consumptum annum unum Lectionis Artium in Conv. de Santillana , cursumque completum in suo Segoviensi ; quindecim fere annis prædicationis munus obivit ; & tandem Missionarii munus , designatus à Cap. intermedio præterito , duobus annis exercuit. Simileque judicium habemus de acceptatione Prædicaturæ generalis , & Postulatione Præsentaturæ , titulo etiam prædicationis , pro R. P. Fr. Bartholomæo Quintana ; qui , postquam semel , & iterum Artium Cursum complete legit in Conventibus S. Petri Martyris de Rioseco , & Sanctæ Mariæ de Trianos , quindecim fere annis ex officio prædicavit ; quatuorque integris extranumerariis quadragesimis , & bis in Comitiis Provincialibus conciones cum laude habuit : quia nempe iisdem Diffinitoribus videri potuit , Privilegium annumerandi tres annos Lectionis Artium tempori Præ-

dicatoribus præfinito expresse contentum , supposita Mag. Generalis Ordinis approbatione , in Actis Cap. electivi ann. 1744. ordinat. 1. confirmatis , etiam quantum ad ordinationes , à Reverendissimo P. N. Magist. Generali Fr. Thoma Ripoll die 11. Julii 1744. = Et hæc sunt , quæ pro hujusmodi factis , aliisque plurimis anterioribus , omnino etiam similibus sese nobis offerunt rationes. Quibus , & Nos adjungimus humilem precatiōnem ; rogantes Reverendissimum P. N. Mag. Generalem , ut sic factas acceptationes , & Postulationes approbare dignetur , faciendasque expedire pro eis , qui usu relatae computationis , à Prædicationis officio sunt revocati ; & pro nunc prædicantibus paterne in posterum providere.

Institutiones seu Designationes Magistrorum Novitiorum.

Obtemperantes ea , qua par est , reverentia ordinationibus Capit. Generalium , præcipue Parisiens. 1611. ordinat. 4. & Valentini 1647. inchoat. 4. circa institutionem Magistrorum Novitiorum à Diffinitorio Cap. Prov. electivi , vel intermedii , designamus in Magistros Novitiorum Conventui.....
Sanctæ Crucis R. Segoviensi P. Fr. Joannem Arroyo,
Ex-Lect.

- S. Pauli Palentino P. Fr. Bartholomæum Gonzalez.
S. Dominici Zamorensi P. Fr. Antonium Perez.
S. Dominici Compostellano P. Fr. Vincentium Couto.
S. Petri Martyris Reg. Toletano P. Fr. Joannem Merino.
S. Pauli Burgensi P. Fr. Andream Udias , Ex-Prædic.
S. Jacobi Pamplonensi P. Fr. Martinum Urriza , Ex-Lect.
S. Dominici Legionensi P. Fr. Jacobum Ramos.

- S. Dominici Victoriensi P. Fr. Joseph Artiaga, Ex-Prædic.
 S. Ildephonsi Reg. Taurensi P. Fr. Joannem Herreras.
 Incarnationis Castri-Julii P. Fr. Fulgentium Grande,
 Ex-Lect.
 S. Vincentii Placentino P. Fr. Jacobum Fernandez, Ex-
 Lect.
 S. Thomæ Reg. Abulensi P. Fr. Andream Vega.
 S. Crucis de Carboneras
 Sanctæ Mariæ Reg. de Trianos P. Fr. Antonium Roman,
 Ex-Lect.
 S. Dominici Ovetensi P. Fr. Petrum Regalado, Ex-Lect.
 Dominæ N. de Atocha P. Fr. Dominicum Pinilla.
 S. Pauli Conchensi P. Fr. Emmanuelem Fernandez.
 S. Petri Martyris de Rioseco P. Fr. Paulum Lopez.
 S. Thomæ Matrit. P. Fr. Josephum Sanchez, Ex-Mag.
 Stud.
 S. Mariæ Reg. de Nieva.....

Designamus insuper PP. Fr. Andream Gonzalez,
 ex Conv. Salmantino. Fr. Petrum Perez, ex Vallis-Ole-
 tano. Fr. Sebastianum Ramos, ex Placentino. Fr. An-
 dream Charro, ex Segoviensi. R. P. Fr. Ildephonsum
 Iniesta, Prædicatorem generalem. Fr. Emmanuelem
 Astorga, Ex-Prædic. & Fr. Gabrielem Mayo, omnes
 tres ex Conv. Matritensi Sancti Thomæ: ut, si forte
 alicubi providendum fuerit, possit ex assignatis ali-
 quis, ad petitionem Patrum Conv. indigentis, à R.
 adm. P. N. Priore Provinciali provideri.

Nomina Fratrum, qui à præcedenti Capi- tulo obierunt.

TN Conv. S. Pauli Palentino obiit P. Fr. Benedictus
 Rodriguez, quinquagenario minor. = In Civitate
 Petrus Prieto. Domina Maria Emmanuela Fernandez.
 Domina Francisca Lopez Navamuel. = In oppid. de
 Tur-

Turrecremata Domina Ignatia Guinea. = In oppid. de Pedraza Salvator Nuño. Omnes Tertiarii Professi Ordinis Nostri.

In Conv. S. Dominici Zamorensi P. Fr. Dominicus Gomez, octog. min. P. Fr. Joannes Vicente, quinquag. maj. R. P. M. Fr. Laurentius Pascual, ex Colleg. D. Greg. = In Civit. Dominus Joseph Graña. Stanislaus Gonzalez. D. Alexander Zuazo. D. Joannes Hernandez. D. Carolus Lopez. Joannes Tabanaque. Domina Bernardina Villarroël. Manuela Rivero. Maria Rodriguez. Damiana Martin. Josepha Sanchez. Domina Francisca Marques. Elisabeth de Silguo. Maria Vegas. O. T. P. O. N.

In Conv. S. Dominici Compostellano P. Fr. Albertus de S. Vicente, septuag. min. P. Fr. Didacus Carnaño, septuag. min. P. Fr. Joannes Florencio, sexag. maj. P. Fr. Joseph Ajo, Lect. Artium. P. Fr. Antonius Sanchez, Lect. Artium. Fr. Philippus de la Peña, Laic. septuag. maj. = In Civit. Domina Angela Mosquera. Beatrix de Fraga Soanne. Maria Salome. Francisca Rosa Mosquera. Theresia Mendez Varela. Dominus Valentinus Armesto. Dominus Emmanuel Castellar. Ferdinandus Suarez. O. T. P. O. N.

In Conv. Sancti Petri Martyris Reg. Tolet. P. Fr. Emmanuel Acuña, quadrag. In Civit. Dominus Petrus Fernandez Pinar, Parochus. Dominus Antonius Oviedo, & Dalmanza. Dominus Thomas Rodriguez, Ecclesiae Primatæ Præbendatus. Dominus Ildephonsus Letrado, Presbyter. Dominus Didacus Salgado Presbyter. Dominus Franciscus Arias Presbyter. Dominus Christophorus Ledeño, Parochus. Dominus Petrus Feliz, Parochus. Dominus Emmanuel Gomez. Dominus Franciscus Rodriguez. Dominus Paschalis Pastor. Dominus Didacus Henriquez. Dominus Emmanuel Gomez Urbano. Dominus Josephus Aguilera. Dominus Franciscus Xaverius Badillo. Dominus Antonius Oviedo de Almanza. Domi-

mina Thomasa Morales. Domina Anna Maria Lopez. Domina Anna Maria Antonia Sanchez Caverio. Domina Francisca Zarate. Domina Maria Herrera. Domina Vincentia Llamas. Domina Theresia Carrillo. Domina Maria Pinto. Domina Joanna Pacheco. O. T. P. O. N. In Villa de Valle Sancti Dominici Maria Aguero. T. P. specialisque Benefactrix O. N.

In Conv. S. Pauli Burg. P. Fr. Antonius Valdès, prope octogenarius. In Conv. Sancti Felicis, Ordinis de Calatrava D. D. Maria Anna Henriquez, C. O. V. In Civit. Maria Campo. Joanna Barreda. Emmanuel de Lamo. Maria Angela Gonzalez. Alexius Varoja. Joannes Salazar. In Villa de Pancorbo, Domina Antonina Ornillos. O. T. P. O. N.

In Conv. Sancti Dominici de Barbadillo, Fr. Joseph à Sancto Thoma, Laic. quinquag. maj.

In Conv. Sancti Stephani Salmantino P. Fr. Franciscus Castañeda, sexag. P. Fr. Ignatius Dominguez, P. Fr. Josephus Rodriguez, R. P. Mag. ex Colleg. D. Thomae Fr. Joseph de S. Martin, sexag. P. Fr. Petrus Garrido, octog. P. Fr. Joannes Harinero, octog. min. F. Emmanuel de la Hoz, quinquag. min. P. Fr. Joseph Sainz, septuag. Vir doctrinæ non vulgaris, observantiae zelo flagrans, orationi quam maximè deditus, in omnibus ministeriis sibi injunctis singulari prudentia emicuit, omnibus amabilis, vere devotus; universa religiosæ vitæ exercitia prompto, hilarique animo amplectebatur: in fundendis precibus Matutinis in puncto mediæ noctis pene assiduus; tandem morbo correptus placidissime obiit C. mag. O. V. In Collegio Conceptio-nis Horphanarum ejusdem Urbis, Domina Anna Josepha de Torres. T. P. O. N. In Civit. vide in fine Ciud. Rodrigo.

In Conv. S. Dominici de Estella P. Fr. Gregorius Perez Luengo, Vir probus, atque ingenuus, sexag. maj. In Civit. D. Dominus Petrus de Oteyza, Ecclesiæ

S.

S. Joannis Baptiste Benefic. Sancti P. N. Dominici de-votissimus.

In Conv. S. Pauli Vallis-Oletano P. Fr. Michael Pa-jares , sexag. maj. P. Fr. Michael Garcia , septuag. maj. Fr. Hyacinthus Martinez , Diac. Fr. Augustinus Cade-nas , Acolytus R. A. P. Fr. Joannes Cadenas , Mag. tam humilis , ut nihil sibi boni deberi cujuscumque veri mali se dignum existimans , nec benedictione , nec ma-ledictione moveretur. Paupertatem pro delitiis habuit. In cella illius nihil apparatus , nihil pulchrum erat , & quæ usui ejus inserviebant adeo vilia , & scissa erant, ut magis quam cellam , specum redoleret eremi. Casti-tatis ejus modestia , temperantia , & continua jejunia testes fuerunt. In obedientia vero ita se gessit , ut quid-quid Prælatus innuerit , id gaudens semper amplectere-tur. Lectioni , meditationi , & orationi vacabat conti-nuo. Divinis Officiis primus aderat , & Matutinis me-dia nocte canendis , etiam dum Cathedram moderare-tur , frequenter assurgebat. Erga B. Virginem studio-sissimus ejus obsequia , venerationem , & cultum totis viribus satagebat , & ut mentibus cordibus fidelium in-sereret , cresceretque in dies salutifera devotio Sanctis-simi ejus Rossarii , indefesso curavit labore. In obser-vaatia regulari , & carnis maceratione per totam vi-tam uno se habuit tenore. Quæ lege Ordinis præscripta sunt diligentissime custodivit. Flagellis sæpe se cessit, & insuper ægritudinibus , angoribus , & cruciatibus aliis premebatur ; quibus addidit Deus magnam afflic-tionem spiritus : terrificis namque imaginationibus ad ostium inferni jam jam inde prope ruiturum sæpe se vidit ; qua vehementissima imaginatione , & aliis val-de amaris spiritus desolationibus , quasi per ignem , & aquam probatus ; tandem ab eo , qui justos de omni liberat tribulatione , illæsus , & incolumis eductus est. Ad ingenium quod attinet , præstantissimo fuit prædictus. Cum viginti septem esset annorum ex Artium Lectore

in

in Moderatorem Primæ Cathedræ S. Thomæ in Universitate Vallis-Oletana , cuius postea fuit Pro-Chancellorius , & Decanus , electus est. Quod licet singulare fuerit , fuit tamen mirabilius amplum ejus studium , tenax memoria , intelligentiae profunditas , doctrinæque soliditas , quibus per annos viginti eandem Cathedram rexit. Doctrinas novas , & peregrinas horruit , & à firmissima Doctrina Sancti Thomæ nullis cavillis dimoveri potuit. Tanti ejus sententia habebatur , ut quicumque illam pro se esse neverit , tuto pede , & absque formidine inquibuscumque etiam arduis negotiis ad operationem indubitanter procederet : Nefas quippe arbitrabatur suspicari de tali viro , aut fallere voluisse , aut firmissima sententiæ rationes non cognovisse. Quæ tandem conceptio de illo esset , quæve de eo opinio haberetur , tunc potissime innotuit , quando vita functo , cadaver illius biduo insepultum prostetit. Continuo homines ingrediebantur , & egrediebantur , ut mortuum , & flexibilem cernerent , quem inflexum veritate , & justitia viventem honoraverant. Sine intermissione feretrum cingebatur affluentium multitudine , devotione cujusque concupiscente quidpiam , quod ad ipsum pertinuerit , accipere. Coronæ capillos illi totonderunt , calceos sustulerunt , & alios supposuerunt , tibialia permutterunt , vestes frustatim laceraverunt , & ne illum exterius nimis deformem redderent , vel quia ne id fieret , custodes corporis impedirent , tunicae interioris manicas rapuerunt. Neque extranei tantummodo , nec domestici soli hæc devotionis officia impendebant , sed sacerdtales , & fratres promiscue , & utriusque commoti eadem præstiterunt. Alii etiam amplectentes super eum in feretro irruerant , alii oscula impingebant , alii Rosaria contingebant , alii hæc non audentes , hoc habebant solatum , ut in conspectu ejus aliquantulum permanerent , & faciem illius , ad id sua forma excitantem , atque invitantem , saltem intuerentur : non enim

post

post mortem emarcuit , neque palluit , sed extitit gratiosior , quam dum viveret , atque rubicundior. Deinceps in sepulchrum jam demisso corpore , qua ratione quisque poterat : postremo illo habitu , voce , gestu , vultu , animi affectionem , & commotionem ostendit. Unus itaque descendit in tumulum , & quæ supererant interioris tunicae reliquias eripuit , quibus scisis , quam partem unusquisque potuit sibi retinuit. Nec post sepulturam quievit gentium devotio , & affectio ; sed requisitis fratribus , ut de his , quæ defuncti , fuerant , aliquid donarent , quæ apud illos remanebant vestimentorum partes , sive fragmenta inter personas Religiosas , & Magnates scissa , & dispertita sunt. Fuit igitur in humilitate magnus , in paupertate dives , in castitate niveus , obedientia præcipuuſ , Religione distinctus , observantia , & mortificatione rigidus , ingenii gloria præclarus , sanctitatis opinione conspicuus. Decessit septuag. maj. ex Colleg. Sancti Thomæ. = In Civit. Dominus Thomas de Quintanilla Parochus. Domina Elisabeth Abades. Domina Emmanuela de Castro. Dominus Bernardus de Torres. Domina Emmanuela de Riera , & Miranda. Domina Maria Hyacintha Adan. Domina Bernarda de Rivero , & Ceballos. Dominus Emmanuel Velasco. C. O. V. Domina Emmanuela Gonzalez. C. O. S. V. Vide in fine. = Excellentissima D. D. Maria Ignatia de los Cobos , & Sarmiento Ducisa del Arco , Ordinis nostri amantissima , erga Virginem Rosarii , & P. N. Dominicum devotissima. = In Conv. Sanctæ Birgittæ ejusdem Urbis , Soror Paula de la Ascension. O.T. P. O. N. Benavente. Vide in fine.

In Conv. S. Dominici de Victoria P. Fr. Antonius de Avendaño , septuag. Fr. Joannes Izaga , quadrag.

In Conv. S. Dominici de Rivadavia P. Fr. Antonius Gonzalez de Rivera , septuag. P. Fr. Emmanuel Frende , quinquag. In Loco de Veade P. Fr. Benedictus Rodriguez , quinquag. min. P. Fr. Petrus Cælestino , septuag. min.

In Conv. S. Dominici de la Coruña R. P. Fr. Vincentius Garcia, Lect. Theologiæ, quadrag. P. Fr. Raymundus Garcia, quadrag. maj. P. Fr. Julianus Pintos, quadrag. Fr. Antonius de la Iglesia, Laic. sexag. maj. In Civit. D. Emmanuel Sabaia, Canonicus, Ord. nostri amantissimus. Domina Maria Anna Lago. Domina Emmanuela de Castro. Domina Rosa Bañales. Domina Theresia Riazos. Domina Josepha Quiroga plusquam centenaria. Maria Aldao. C. O. V. Maria Puga: ab infanthia Deo servire studens omnium virtutum genere se exercebat, emissa Professione Castitatem vovit, illamque illibatam servavit, carnes numquam comedit, tunicam Ordinis usque ad extremum vitæ suæ induit; jejenum illi continuum fuit; amore Dei ita ardebat cor ejus, ut sine lachrymis de ipso nec loqui, nec audire unquam posset. Quare finito vitæ suæ termino, ad Deum, ut pie creditur, evolavit. O. T. P. O. N.

In Conv. S. Dominici de Sancta Martha P. Fr. Joannes Alvarez, Prædicator Conventus. In Villa Domina Emmanuela Ares Montenegro. T. P. O. N.

In Civit. Lucensi Dominus Franciscus Castrello. Domina Joanna de Roca. Domina Thomasa de Roca. Angela Diaz. Philippa Diaz. O. T. P. O. N.

In Conv. Sancti Dominici de Pontevedra P. Fr. Joannes Garcia, quinquag. maj. In loco de Veluso D. Gregorius de Rivas, Presbyt. T. P. O. N.

In Conv. S. Andreæ Methymnensis P. Fr. Antonius Rodriguez, sexag. maj. In Villa D. D. Maria Alberta Galarza, Comitissa de Adanero, semper modestissima; vigiliis, jejunii, & orationi valde dedita; in laboribus, & calamitatibus hujus sæculi supra vires suas (ut ajebat) singulari patientia auxilio Dei toleratis, iterum, atque iterum exercitata fuit: vitam, præcipue in viduitate sua, similem monasticae rigurosæ disciplinæ duxit. B. Virginis Mariæ devotissima, S. P. N. Dominicæ, Angelique Præceptoris amantissima fuit, specialisque

que Ordinis Nostri benefactrix. Obiit C.O. S.V. Narcisa Nuñez. Gabriel Rodriguez. Joannes Garcia. O.T.P. O.N.

In Conv. S. Dominici de Vivero Fr. Rudesindus Novo, Laic. quadrag. In Villa D. Joannes de Vivero. D. Gertrudis de Araña, & Sanjurjo. Ambo T.P.O.N.

In Conv. S. Dominici de Huete P. Fr. Franciscus Torronteras, sexag. In Civit. Domina Feliciana de Salas. Elisabeth Maria Sansirge, quæ licet propria repugnante forma, quam post obitum pulcherrimam conservavit, virginitate floruit egregia, quam non solum corpore, sed etiam anima integerrime servavit; nec (Confessarii judicio) primam suam charitatem reliquit usque ad finem vitæ, à qua discessit annum agens trigesimum primum ex mag. O.V.O.T.P.O.N.

In Conv. Dominæ Nostræ de la Peña de Francia Fr. Antonius Sanchez, Laic. nonag.

In Conv. Incarnationis de Truxillo P. Fr. Antonius de los Hitos, quadrag. maj.

In Conv. S. Catharinæ de Cisneros P. Fr. Joseph Herrero, quadrag. min. In Villa Maria de Toledo. T.P.O.N.

In Conv. S. Vincentii Placent. R.P. Præsent. Fr. Didacus Cancho, Prior Conv. ex Colleg. S. Thomæ, quinquag. maj.

In Civit. de Astorga D. Martinus Perez. Andreas de la Puente. C.O.V. Margarita Cordero. Maria Garcia. Domina Michaela Martinez. O.T.P.O.N.

In Conv. S. Thomæ Abulensi R.P. Præsent. Fr. Joannes Martin Ramos, septuag. maj. P. Fr. Sylvester Molinas, sexagen. min. P. Fr. Joseph Martin, quinquag. min. R.P. Regens Fr. dominicus Matheos, ex Collega S. Thomæ, quinquag. min.

In Conv. S. Joann. Lateranens. de S. Felices, P. Fr. dominicus à Sancto Thomas, sexagen. min.

In Conv. Pietatis de Villada P. Fr. Joannes Alonso, sexag. maj.

In Conv. Rosarii de Tudela P. Fr. Emmanuel Haznar, sexag. P. Fr. Joseph Vizcaino, sexag. min. R. P. Præsent. Fr. Benedictus Fernandez, Prior Conv. sexag. maj.

In Conv. Sanctæ Mariæ Reg. de Trianos P. Fr. Vincentius Gutierrez, Mag. Novitiorum, sexag. maj. P. Fr. Augustinus de Caceres, quinquag. maj. P. Fr. Clemens de Puga, sexag. maj. P. Fr. Joachim Villegas, Lector Artium, ex Colleg. S. Thomæ, quadrag. min. Fr. Emmanuel de Sandoval, Laic. sexag. min. Fr. Franciscus Cachan, Laic. sexag. min.

In Conv. S. Dominici Ovetensi P. Fr. Antonius Bances, sexag. maj. R. P. Fr. Vincentius Cousino, Cathedræ Illustrissimi Mag. Cano Moderat., ex Colleg. S. Thomæ, quinquag. minor. R. P. Fr. Franciscus Prieto Prædic. generalis, sexagenario min. In Civit. D. Dominicus de la Huelga. D. Carolus Pacheco, & Ceballos, Presb. Domina Maria Theresia de Llano, & Peon. Domina Francisca Requexo. Domina Francisca Andrea Moral. Maria Antonia Alvarez Sabugo. Dominica Abello. Domina Josepha Villarmill. Domina Josepha de Estrada. O. T. P. O. N.

In Conv. S. Ginesii Talabrig. P. Fr. Gabriel Lozano. Fr. Franciscus Holgado. P. Fr. Bonaventura Mariño, Lector Artium. P. Fr. Petrus Ibañez, sexag. maj. R. P. Præsent. Fr. Joannes Fernandez Arias, ex Colleg. S. Thomæ, quinquag. maj. Fr. Hyacinthus Escobedo, Laic. quinquag. maj. In Oppido de Calera D. Emmanuel Carcheinilla. In Villa de Castil de Vajuela Raphael Gonzalez, ambo. T. P. O. N.

In Conv. S. Dominici de Cazeres R. P. Mag. Fr. Franciscus Gil, Prior Conv. sexag. maj. In Villa Domina Petronilla de los Samos & Rubio. T. P. O. N.

In Conv. Dominae Nostræ de Atocha P. Fr. Emmanuel Argumanes, septuag. P. Fr. Michael Lozano, septuag. R. P. Præsent. Fr. Sebastianus Mena, ex Colleg. D. Gre-

Greg. quinquag. P. Fr. Joannes Vela , Lector Artium,
ex Colleg. D. Thomæ. Fr. Joseph Lillo , Laic. quinquag.

In Conv. S. Pauli Conchens. P. Fr. Franciscus Luna,
sexag. maj.

In Civit. Complut. Domina Ludovica Aibar. Maria
Antonia Serrada. Raphaela Serrada. Blasius de Fuen-
tes. In Conv. Excalceatarum D. Theresiæ Mat. Sor.
Dionysia Maria à Sancto Raphaele. Soror Anna à S.
Joachim. In Conv. Conceptionis de Loches Sor. Ma-
ria Leonora à Sancta Columba. Soror Mariana à Sacra-
mento. O. T. P. O. N.

In Conv. S. Thelmi de S. Sebastian Fr. Petrus Za-
baldiza , Laic. quinquag. maj. In Civit. Domina Maria
Francisca Casanova , & Domina Hieronyma Casano-
va. T. P. O. N.

In Conv. Sanctæ cruc. de Villaescusa P. Fr. Felix
Moreno , sexagenarius.

In Conv. S. Dominici de Betanzos P. Fr. Benedictus
de la Fuente , sexag. Fr. Emmanuel Estebez , quinquag.
maj. P. Fr. Dominicus Lopez. In Civitate Laurentius
Perez. Josepha Sanchez. Domina Gregoria Sanchez. O.
T. P. O. N.

In Conv. S. Dominici de Soria P. Fr. Gregorius
Blanco , sexag. In Civit. Dominus Philippus Ambrona.
In Loco de Minuessa Joanna Lopez. In Oppid. de Sal-
duera Joannes Leon Perez. Confratres nostri. = In Villa
de Aranda D. Andreas Gordojuela , Presb. Anna Ruiz.
Josepha Ruiz. O. T. P. O. N. In Villa de Pesquera de
Duero quære in fine.

In Villa de Villalpando D. Emmanuel Ojeda , Pa-
rochus Ecclesiæ D. Petri. Agnes Garrote , in continuis
infirmitatibus , quas patiebatur , patientissima : terrenas
nuptias oblatas ; ex amore castitatis , quam in corpore,
& anima , judicio Confessarii , usque ad mortem serva-
vit , integro animo despexit : nec per totam vitam
suam , à qua decessit anno trigesimo tertio ætatis suæ,
mor-

mortalis criminis conscientia fuit. D. Antonius de Vega, Presb. & Confrater noster. In Conv. S. Antonii ejusdem Villæ Soror Francisca Pardo. O. T. P. O. N.

In Conv. S. Hyacinthi de Monfort P. Fr. Hyacinthus Rodriguez. In Vico de Belmonte Domina Cajetana Lopez Molina. T. P. O. N.

In Conv. Rosarii de S. Saturnino P. Fr. Nicolaus Henriquez, quinquag. min.

In Conv. S. Andreæ Emeritensis R. P. Præsent. Fr. Joseph Escarregui, Prior Conv. quinquag. maj.

In Conv. Jesu Mariæ de Tabara R. P. Fr. Bonaventura Rodriguez, Ex-Lector Theologiæ, & Prior Conv. quinquag. min. R. P. Fr. Michael de Salamanca, Prædicator generalis, & Supprior Conv. sexag. maj. Fr. Didacus Montero, Laic. septuag. min.

In Conv. S. Thomæ Matrit. R. P. Mag. Fr. Thomas Belorado, septuag. maj. Fr. Benedictus Rigueira, Laic. quadrag. maj. Fr. Emmanuel Juncar, Laic. quadrag. maj. R. A. P. N. Fr. Eugenius de Basualdo, Mag. qui prudentia, mansuetudine, zeloque sanioris ethicæ, atque amore, & reverentia erga N. Ang. Mag. aliisque virtutibus ornatus, inter omnes splendere non destitit: unde nostra hæc Provincia ad Provincialatus apicem evexit; & à Rege N. Catholico in Regii Prædicatoris officio fuit electus, ac demum inter Supremæ Sanctæ Inquisitionis Regios Consiliarios collocatus. Fuit sane vir mitissimus, charitate, ac in pauperes misericordia excellens; pecuniæ irrigor, nec ad alios usus opportunam judicans, quam si in pauperum solatio verteretur. Paupertatis amator; unde Provincialatus completo officio, ad Conventum suum rediens, nudus ingressus est. Somnii, cibique parcissimus fuit; silentii, & aliarum nostrarum Constitutionum rigidus observator. Humilitatem semper coluit, & cum esset inter Theologos Nostri Ordinis, sine dubio, nemini secundus, in conscientiæ, dubiis sibi propositis, religiosos alios adibat, quidifie-

fieri oporteret ab eis audire desiderans. Corpus suum ciliciis, flagellis, & omni tormentorum genere, usque ad vitæ terminum domare ac spiritui subigere studuit; adeò ut, quasi media hora antequam efflaret animam, à Socio suo ferreo cilicio nudatus sit. Crucifixum in manibus tenens inter ferventissimos charitatis actus obdormivit in Domino octog. min. ex Colleg. S. Thomæ. In Villa Matrit. Excellentissima D. D. Mariana Sarmiento, & Sotomayor, Comitissa de Salvatierra. T. P. O. N. nobisque affectissima. Vide infra in Conv. de D. Juan de Alarcon.

In Conv. S. Antonini de Yepes P. Fr. Michael Pablo, quinquag. maj. R. P. Præsent. Fr. Martinus Herraiz, octog. min. ex Colleg. S. Thomæ.

In Conventu Jesu Mariæ de Valverde D. Dominicus Carvia, qui relictis commoditatibus sæculi ad hunc Conv. convolavit; ubi per quinque annos, & amplius, in spe, & desiderio habitus Conversorum obtinendi, inservivit magna cum solitudine, & devotione. Ac tandem in morbo ex labore contracto, quasi Paradisi gaudia præsentiret, mortem lætus aspergit. C. O. V. In oppido de la Moraleja Domina Rosa Plazas. T. P. O. N.

In Conv. S. Raym. de Potes P. Fr. Franciscus Donoso, septuag. maj. P. Fr. Franciscus Lorenzo Cuevas, septuag. maj. Fr. Emmanuel del Rosario, Laic. quadrág.

In Conv. S. Pauli de las Navas R. P. Præsent. Fr. Petrus Gonzalez, Prior Conv. sexag. maj. In Villa Maria Cubero. T. P. O. N.

In Conv. S. Dominici de Orense P. Fr. Petrus Cælestino, prope septuag.

In Conv. Dominæ Nostræ de las Caldas P. Fr. Joseph Fuentes, septuag. min. P. Fr. Dominicus de S. Vicente, sexag. maj. P. Fr. Vincentius Gutierrez.

In Conv. Passionis Matrit. P. Fr. Dominicus Occonor, ex Provincia Hiberniæ, sexag. P. Fr. Didacus Macharrich, ex eadem Prov. octog. P. Fr. Mathias Miguel,

Pro-

Procurator generalis hujus Prov. quadrag. maj. R. P. Mag. Fr. Franciscus Serrano, ex Provincia Sanctissimi Rosarii Philippinarum, sexag. maj. In Villa Matrit. Domina Maria de Velasco, & Briones. Excellentissima D. D. Mathia de Calasanz, & Abarca, Comitissa de la Lain, ambae T. P. O. N.

In Conv. Dominæ Nostræ de Montesclaros P. Fr. Franciscus de los Rios, quadrag. min. Fr. Thomas à S. Maria, Laic. sexag. min. In Oppido de Villar Maria Perez. In Vico de Nestrosas D. Augustinus Rodriguez Fontechá, vir plane pietati deditus, indigentium, & miserorum valde misericors, & compatiens; Religiosorum omnium liberalis benefactor, queis de necessariis omnibus pro posse charitable providebat, sed præcipue nostris, propter singularem affectum, & specialem devotionem ad Virginem Matrem, & Patronam Conv. Ord. de Montesclaros. Ambo T. P. O. N.

* In Conv. S. Dominici Civitat. P. Fr. Joannes Beíoso, Lect. Theologiæ Moralis, quinquag. P. Fr. Antonius Araia, sexag. min. In Civit. Theresia Benito. T. P. O. N.

* In Conv. S. Dominici Benavent. P. Fr. Emmanuel Caballero, Prædic. Conv. quadrag. P. Fr. Hyacinthus Rodriguez, sexag. In Villa Francisca Tabares. T. P. O. N.

* In Conv. Matrit. de D. Juan de Alarcon Sor. Theresia à S. Joanne Baptista, Laic. cum O. V. T. P. O. N.

* Vallis-Olet. Excellentissima D. D. Maria Ignatia Sarmiento, Cobos, Mendoza &c. &c. &c. Ducissa del Arco, Sanctissimi Rosarii devotissima, erga Sanctissimum Patriarcham N. Dominicum maxime affecta, cuius amor erga Doct. Angelicum sine pondere videbatur, & mensura, Ord. nostri affectissima, egentium Religiosorum, & Conventuum benefactrix liberalissima, & magnanima; in vita conscientiam suam, quæ timorata fuit supra modum, nostris semper maxime jaçtavit, & post mortem inter nostrates, ut optaverat, sepulta est.

* In Villa de Pesquera de Duero Joanna Rivera. T. P. O.

O. N. (Vide Aranda) In Oppido de la Nava de Roa Joseph de la Torre. Josepha de la Torre, & Hieronyma Molina. O. T. P. O. N.

Nomina Sororum, quæ à præcedenti Capitulo obierunt.

In Conv. S. Dominici de Caleruega Soror Maria Hernando de S. Andres, Laic. quinquag. maj.

In Conv. S. Spiritus Reg. Taur. Soror Rosa Salvador. octog.

In Conv. S. Catharinæ de Belmonte, Sor. Francisca à S. Catharina de Riccis, & Torremocha, quadrag. min. Sor. Maria à S. Juliano, Laic. septuag. maj. M. Sor. Maria Jesu, & Moya, nostrarum Constitutionum diligentissima observatrix; amore erga Deum, B. Virg. Mariam, & Castissimum ejus Sponsum ardentissime flagrans, humilitate, aliisque virtutibus ornata, placidissime, & ut pie creditur, felicissime quevit octogen.

In Conv. Dominarum Zamorensi Mat. Sor. Maria Zuazo, septuag. Sor. Emmanuel Perez, septuag.

In Conv. S. Spiritus Benav. Sor. Maria Michaela Cuetos, quinquag. maj.

In Conv. S. Dominici Reg. Tolet. Sor. Maria Lopez Covarrubias, quadrag. min. Sor. Gregoria Martin, per quatuordecim annos Suppriorisa Conventus, ob singularem religiosæ observantiae zelum, sexag. Sor. Leonora Gonzalez Guzman, quinquag. maj. Sor. Gertrudis Buergo, singularis observatrix regulæ, & constit. Ordinis, sexag. Sor. Elisabeth Palacios, quinquag. min. Sor. Theresia de la Puebla in infirmitatibus valde patiens, septuag. min.

In Conv. S. Joan. Bapt. de Quixana, M. Sor. Ignatia à Resurrectione, & Zabala, octogen. min. Sor. Maria

K de

de S. Vicente , Laic. sexag.

In Conv. S. Petri Martyris de Mayorga , Mat. Sor. Bernarda Nanclarez , septuag. maj.

In Conv. S. Mariæ Reg. Methymnens. Sor. Maria Rosa à Spiritu Sancto. C. O. V.

In Conv. Dominarum Salmant. Sor. Josepha Mangas , sexag. maj. Sor. Maria Montero , sexag.

In Conv. S. Catharinæ Abulensi , Sor. Theresia Moreno , septuag. Sor. Francisca Ximenez Caro , quadrag. min.

In Conv. S. Philippi de la Penitencia Vallis-Oletano , Mater Sor. Cathalina Calvo , septuag. maj.

In Conv. Mat. Dei ejusdem Urbis M. Sor. Josepha Velazquez. Sor. Maria Fernandez. Sor. Elisabeth Escobar , Laic. quinquag. maj. O. C. O. V. Mat. Sor. Mariana Obregon , Priorisa , quinquag. maj. Sor. Maria Ruiloba del Rosario , quinquag. maj.

In Conv. S. Catherinæ Taurensi , Sor. Maria Francisca à S. Ignatio , septuag. maj. Sor. Emmanuel Pelaez de S. Rosa ; orationi , & regulari observantiae adicta , ac in sustinendis gravissimis doloribus valde patiens , quadrag. maj. = In Civit. D. Josepha Ruiz. Paula Juan. Augustina Garcia. Theresia Sevillano. O. T. P. O. N.

In Conv. Mat. Dei de Olmedo , Mat. Sor. Joachina Diaz Velasco , quinquag. maj.

In Conv. Incarnat. de Vilbao , Mat. Sor. Augustina à S. Catharina de Sena , octog. maj.

In Conv. Pietatis Palentino , Mat. Sor. Josepha Salgado , octog. maj. Mat. Sor. Liberata Santos , quinquag. min. Mat. Sor. Elisabeth Rodriguez , Priorisa Conv. quinquag. maj.

In Conv. S. Annæ de Belvis , Sor. Petra à S. Petro Martyr. juven.

In Conv. Incarnat. Placent. Sor. Josepha de Christo. C. O. P.

In Conv. S. Annæ del Horrio , Sor. Angela à S. Joan-

Joanne Evangelista , quadrag. maj. Sor. Joanna Baptista à S. Gabriele , octog. min. Sor. Angela à S. Michaele, juven. Laic.

In Conv. S. Catharinæ de Ocaña , Sor. Maria Antonia Perez à S. Agneta , Suppriorissa Conv. T. O. V. quadrag. min.

In Conv. Pietatis de Bejar , Mat. Sor. Mariana de S. Vincentio Priorissa Conv. sexag. min. Sor. Theresia à Seraphinis , quadrag. maj. Sor. Lucia à S. Joanne, Laic. notag. min.

In Conv. D. Nostræ de Valdeflores R. P. Fr. Simon de Pazos , Prædic. generalis , & Procurator Conv. quinquag.

In Conv. Incarnat. de Cangas de Tineo Sor. Antonia à S. Joanne , septuag.

In Conv. D. Nostræ de la Nova de Lugo , Sor. Maria Rosa de Navia , quinquag. maj.

In Conv. S. Catharinæ Matri. Sor. Anna à S. Antonio, quinquag. Sor. Emtmanuela à Sancta Rita , Laic. septuag.

In Conv. Jesu Mariæ Tolet. Sor. Maria à S. There, sia. C. O. V. prope septuag.

In Conv. S. Jacobi Zamorensi , Sor. Maria à S. Theresia , sexag. maj.

In Conv. Rosarii de Villa-Mayor , Sor. Maria à S. Petro , septuag. min.

In Conv. S. Dominici de Tudela , Sor. Francisca à Conceptione , quadrag. min. Mat. Sor. Josepha à Sanctissima Trinit. septuag. min. Mat. Sor. Antonia à S. Catharina , septuag.

In Conv. S. Sebastiani el Antiguo , Mat. Sor. Maria Theresia à S. Joseph. septuag. maj.

SUFFRAGIA PRO VIVIS.

PRO SS. D. N. Clemente XIV. Q. S. V. M.
Pro Catholico Rege N. Carolo III. Q. S. V. M.
Pro Serenissimo Carolo Antonio , Principe Austuri-

censi, & pro Serenissima Ludovica Uxore ejus. Q.S.V.M.
Pro Serenissimo Ferdinando, utriusque Siciliæ Rege.

Q. S. V. M.

Pro Serenissimis Infantibus, **Q. S. V. M.**

Pro Emin. ac Exc. D.D. Cardinali O. N. Protectore,
Q. S. V. M.

Pro Emin. ac Exc. D. D. Cardinali Ludovico de Cor-
doba, & Guzman, Archiep. Tolet. **Q. S. V. M.**

Pro Emin. D. D. Bonaventura de Cordoba, Cardina-
li de la Cerda & S. Carlos, Indiarum Patriarcha O. N.
amantissimo, **Q. S. V. M.**

Pro Illmo. D. D. Emmanuele Quintano, Archiepis-
po Phars. ac Supremæ Hispaniæ Inquisitionis Generali
Inquisit. **Q. S. V. M.**

Pro Illmo. D. D. Joseph Xaverio Rodriguez de Are-
llano, Archiepiscopo Burgensi, O. N. ac doctrinæ An-
gelici Doctoris affectissimo, **Q. S. V. M.**

Pro Illmo. D. D. Fr. Thoma del Valle, Episcopo Ga-
ditano, ex O. N. assumpto, **Q. S. V. M.**

Pro Illmo. D. D. Fr. Antonio Alcalde, Episcopo de
Yucatan, ex O. N. assumpto, **Q. S. V. M.**

Pro Illmo. D. D. Fr. Michaele Garcia, Episcopo
Novæ Segoviæ, ex O. N. assumpto, **Q. S. V. M.**

Pro Illmo. D. D. Joanne Saenz de Buruaga, Archiep.
Cæsaraug. O. N. amantissimo, & doctrinæ Div. Thom-
æ addictissimo, **Q. S. V. M.**

Pro Illmo. D. D. Joseph de Losada, & Quiroga,
Episcopo Mindonensi, propter amorem ad O. N. doc-
trinamque D. Thomæ, **Q. S. V. M.**

Pro Illmo. D.D. Michaele Ferdinando Merino, Epis-
copi Abulensi, propter singularem amorem ad O. N.
& Ang. Praecept. doctrinam, **Q. S. V. M.**

Pro Illmo. D.D. Joanne Emmanuele Merino & Lum-
breras, Episc. Asturicensi propter specialem eximium
amorem ad O. N. & ad Doctrinam Ang. Praecept. **Q. S.**
V. M.

Pro Illmo. D. D. Francisco Lasso Santos , Episcopo de Santander , O. N. affectissimo , Q. S. V. M.

Pro Exc. ac Rmo. P. N. Fr. Joanne Thoma de Boxadors , totius Ord. Gen. Mag. Q. S. V. M.

Pro Excmis. Ducibus de Lerma & Medina-Cœli, hujus nostræ Provinciae Patronis , & singularibus benefactoribus , Q. S. V. M.

Pro Excmis. Marchionibus de Astorga , propter specialem benevolentiam ad O. N. Q. S. V. M.

Pro Excmis. Comitibus de Benavente , & tota Familia Benaventana , Q. S. V. M.

Pro Excmo. D. D. Joseph de Guzman , Marchionne de Montealegre , propter specialem benevolentiam ad O. N. Q. S. V. M.

Pro R. A. P. Fr. Joanne Sanchez Isla , in Supremo S. Inquisitionis Tribunalis Inquisitore , Q. S. V. M.

Pro Communi totius Provinciæ bono , Q. S. V. M.

Pro Nobilissima Villa Benaventana , ubi benigna liberalitate hæc nostrum Capitulum receptum est , & pro omnibus benefactoribus hujus N. Provinciæ , Q. S. V. M.

Pro consanguineis , familiaribus , & benefactoribus O. N. Q. S. V. M.

SUFFRAGIA PRO DEFUNCTIS.

PRO SS. D. N. Clemente XIII. Q. S. V. M.

Pro Catholico Rege N. Ferdinando VI. Q. S. V. M.

Pro Regina N. Maria Amalia de Saxonia , Q. S. V. M.

Pro Regina N. Elisabeth Farnesio , Q. S. V. M.

Pro Emin. ac Excmo. Cardinali Duce de Lerma , N. Provinciae Patrono , & totius Ordinis benefactore , Q. S. V. M.

Pro Rmo. P. N. Fr. Antonio Bremond , totius Ord. Gen. Mag. Q. S. V. M.

Pro Rmo. P. Fr. Eugenio de Basualdo , Supr. Inquisitionis Inquisitore , Q. S. V. M.

Pro

Pro Excmo. D.D. Ludovico Fernandez de Cordoba,
Duce de Medina-Cœli , Prov. N. Patrono , Q. S. V. M.

Pro Excmo. D. D. Francisca de Borja & Pinnateli,
Ducisa de Medina-Cœli , Prov. N. Patrona , Q. S. V. M.

Pro Excmo. D. D. Antonio Pimentel , Comite Be-
nav. Q. S. V. M.

Pro Excmo. D. D. Sebastiano Guzman & Spinola,
Marchione de Montealegre , O. N. amantissimo spe-
cialique benefactore , Q. S. V. M.

Pro Excmo. D. D. Bonaventura Fernandez de Cor-
doba , Ducisa de Sessa , Marchionisa de Montealegre,
Q. S. V. M.

Pro Excmo. D. D. Maria Ignatia Sarmiento & Co-
bos Ducisa del Arco , O. N. affectissima , Q. S. V. M.

Pro Excmo. D. D. Francisco de Paula , Silva , Alva-
rez de Toledo , &c. Duce de Huescar , Comite de Oro-
pesa , &c. Q. S. V. M.

Pro Illmo. D. D. Paschali de los Herreros , Episc.
Legionensi , O. N. amantissimo , Q. S. V. M.

Pro Illmo. D. D. Francisco Galindo , Episc. Aurien-
si , propter specialem amorem ad O. N. & D. Thomæ
Doctrinam , Q. S. V. M.

Pro Animabus Fratrum , & Sororum , quæ à præce-
denti Capit. obierunt , Q. S. V. M.

Pro consanguineis , familiaribus , & benefactoribus,
O. N. qui à præcedenti Capit. obierunt , Q. S. V. M.

Et ordinamus , ut in omnibus Conventibus , tam
Fr. quam Sororum , die commodiori post harum nos-
trarum ordinationum notitiam , celebretur Missa de
Requiem cum Vig. & Resp. in fine Missæ , cui omnes
Fratres assistant: & Clerici non Sacerdotes Officium De-
functorum : Conversi vero tertiam partem Rosarii reci-
tabunt.

Concedit R. Adm. P. N. Prov. omnibus Fratribus,
& Sororibus , ut Confessorem O. N. expositum , & appro-
batum semel eligere valeant ; à quo de præteritis casi-
bus,

bus, & censuris usque ad notitiam præsentium incur-
sis absolví possint, sicut poterant à R. A. P. N. Provin-
ciali.

Sententias judicū approbamus, & assignamus Ca-
pitulum Provinciale futurū electivū celebrandū in
Conv. S. Ildephonsi Reg. Taurensi Dominica : *Deus
qui errantibus*, die 10. Maii anni Domini 1772.

Et his Actis scriptis, vel impressis, manu R. A. P.
N. Provincialis subscriptis, ejusque sigillo munitis, om-
nimodam fidem adhiberi volumus. Dat. in N. Conventu
S. P. Dominicī Benav. die 9. Maii anni Domini 1770.

Fr. Michael de Francia, Mag.
Mag. & Prior Benav. & Reet.D.Greg.Vallis-Olet.
Primus Diffinitor. Secundus Diffinitor.

Fr. Petrus Ponce, Mag. *Fr. Melchior Ramos*, Mag.
Tertius Diffinitor. Quartus Diffinit.

Fr.

Prior Provincialis.

Pro Aperturam, que à prece-
dente Capituli obierunt, Q. S. V. M.





350€

